

## Alte Drucke

**Vincentii Liri-||NENSIS GALLI, PRO || catholicæ fidei  
antiquitate & vniuersi-||tate, aduersus prophanas  
amnium hæ-||resewn nouationes Liber ...**

**Vincentius <Lerinensis>  
Tertullianus, Quintus Septimius Florens**

**Parisiis, 1544**

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)


**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-151030**


*Vinc. Lirinensis  
Commonito-  
num*

*Tertullianus  
de  
Præscriptione.*

34

181 F. 34





# Vincentii Liri-

NENSIS GALLI, PRO  
catholicæ fidei antiquitate & vniuersi-  
tate, aduersus prophanas omnium hæ-  
refeson nouationes Liber elegan-  
tiſſimus, ante annos mille ab  
authore æditus.

Item Q. Septimij Florentis Tertuliani de  
preſcript. aduersus hæreticos, Liber vnuſ.

Secunda æditio.

P A R I S I S,

Venit in officina Iacobi Gazelli, in  
vico D. Ioannis Lateranensis,  
sub insigni Inuidiae.

VITA VINCENTII LI-  
rinensis ex Gennadio, & Io-  
anne Trithemio.

V Incentius Lirinēsis natione Gal-  
lus, vir ingenio subtili atque mo-  
ribus maximē clarus, in scriptu-  
ris, tum humanis tum diuinis apprimē exercita-  
tus, scripsit singularem librum ab antiquis per-  
celebrē laudatum, validissimis argumentis con-  
fertum, quibus impia hæreticorum dogmata  
euertit, qui aduersus prophanas omnium hæ-  
reſeon nouationes pro fidei catholice antiqui-  
tate inscribitur. Huius Vincentij meminit Ge-  
lasius papa, eius approbando librum in C. san-  
cta Romana ecclesia. xv. distin&t. In hæc verba:  
Vincentij nihilominus laboriosum opus non  
spernimus, sed imitamur. Hæc ibi referēte Gra-  
tiano Decretorum coaceruatore, de opusculis  
sanctorum patrū, quæ in ecclesia catholica re-  
cipiuntur. Floruit sub Theodosio &

Valentiniano Imperat. Anno  
quadringētesimo trigesimo.



VINCENTII LIRINENSIS  
 GALLI PRO CATHOLICAE FIDEI  
 antiquitate & vniuersitate, aduersus  
 prophanas omnium hæresēon no-  
 uationes liber elegansissimus,  
 ante annos mille ab au-  
 thore aeditus.

Icente scriptura & monente:  
 Interroga patres tuos, & di-  
 cent tibi, seniores tuos, & ad= Deut. 32  
 D nuntiabūt tibi. Et iterum: Ver=  
 bis sapientium adcomoda tuam  
 aurem. Et item: Fili mi hos ser-  
 mones ne obliuiscaris, mea au=

tem uerba custodiat cor tuum. Videlur mihi minimo  
 omnium seruorum Dei Peregrino, quod res non mi=

nimae utilitatis, domino adiuuāte, futura sit, si ea quæ  
 fideliter à sanctis Patribus accepi, literis comprehē=

dam, infirmitati certe propriæ pernecessaria, quip=

pe cum adsit in promptu unde imbecillitas memoriæ  
 meæ, adsidua lectione reparetur. Ad quod me nego=

cium non solum fructus operis, sed etiam considera=

tio tēporis, & opportunitas loci adhortatur. Et tē=

pus propterea, quod cùm ab eo omnia humana ra=

piantur, & nos ex eo aliquid in iniucem rapere de=

benuis, quod in uitam proficiat æternam: præsertim  
 cùm & adpropinquātis diuini iudicij terribilis que=

VINCENT. LIRINEN. GALLI

dam expectatio augeri efflagitet studia religionis,  
& nouorum hæreticorum fraudulentia multum cu-  
Vincētius <sup>re</sup> & attentionis indigeat. Locus autem, quod ur= monachus  
fuit. bium frequentiā turbāque uitantes, remotioris uila-  
lulæ, & in ea secretum monasterij incolamus habi-  
taculum, ubi absque magna distractione fieri possit  
illud quod canitur in Psalmo: Vacate, inquit, & ui-  
dete, quoniam ego sum deus. Sed & propositi nostri  
ratio in id conuenit, quippe qui cum aliquandiu ua-  
riis ac tristibus secularis militiæ turbinibus uolue-  
remur, tandem nos in portum religionis cunctis  
semper fidissimum, Christo adspirante, condidimus:  
ut ibi depositis uanitatis ac superbiæ flatibus Chri-  
stianæ humilitatis sacrificio placantes deum, non so-  
lum presentis uite naufragia, sed etiam futuri se-  
culi incendia uitare possumus. Sed iam in nomine do-  
mini quod instat adgrediar, ut scilicet à maioribus  
tradita, & apud nos deposita describam, relatoris  
fide potius quam authoris præsumptione: hac tamē  
scribendi lege seruata, ut nequaquam omnia, sed  
tantum necessaria quæque perstringam: neque id  
ornato & ex acto, sed facili communique sermone,  
ut pleraque significata potius, quam explicata ui-  
deantur. Scribant hi laute & accuratè, qui ad hoc  
munus uel ingenij fiducia, uel officii ratione ducun-  
tur: me uero subleuanda recordationis, uel potius o-  
blivisionis meæ gratia, Commonitorium mihimet pa-  
rasse suffecerit, quod tamen paulatim recolēdo quæ  
didici emendare, & implere quotidie domino præ-  
stante, conabor. Atqui hoc ipsum idcirco præmo-  
nui,

nui, ut si forte elapsum nobis, in manus sanctorū deuenerit, nihil in eo temere reprehēdant, quod adhuc uideat promissa emēdatione limandum. Sæpe igitur magno studio & summa attētioē perquirēs, à qua plurimis sanctitate & doctrina præstantibus uiris, quonā modo possim certa quadā, & quasi generali ac regulari via catholicæ fidei ueritatē, ab hereticæ prauitatis falsitate discernere, huiusmodi semper respondsum ab omnibus ferè retuli, quod siue ego, siue quis uellet exurgētiū hæreticorū fraudes reprehēdere, laqueosq; uitare, & in fide sana sanus atq; integrer permanere, dupli modo munire fidē suā, dñō adiuuāte, deberet. Primo, scilicet diuinæ legis autoritate, tū deinde ecclesiæ catholicæ traditiōe. Hic for

Ecclesiæ  
sitā requirat aliquis: cū sit perfectus scripturarū cauthoritas  
nō, sibiq; ad oīa satis superq; sufficiat, quid opus est quare ma  
ut ei ecclesiasticæ intelligētiæ iungatur authoritas? gnificacē  
da.

Quia uidelicet scripturā sacrā p ipsa sui altitudi-  
ne nō uno eodēq; sensu universi accipiūt, sed eiusdē  
eloquia aliter atq; aliter, aliis atq; aliis interpreta-  
tur, ut penē quot homines sunt, tot illinc sentētiæ erui  
posse uideātur. Aliter namq; illā Nouatianus, aliter Sabellius, aliter Donat. exponit, aliter Arius, Euno-  
mius, Maced. aliter Photin. Apollin. Priscillian. ali-  
ter Iouinīa. Pelag. Celestius aliter postremo Nesto.  
Atqui idcirco multū necesse est propter tāta  
rii erroris anfractus, ut prophetæ & apostol. inter-  
pretationis linea secūdū ecclesi. & catho. sensus nor-  
mā dirigatur. In ipsa itē catho. eccl. magnoperè cu-  
rādū est, ut id teneamus, qđ ubiq; quod semp, qđ ab

VINCENT. LIRINEN. GALLI

omnibus creditū est: hoc est etenim uerè proprięq; ca  
 Catholica tholicū, quod ipsa uis nominis, ratioq; declarat, quæ  
 fides con stat, Vni omnia uerè uniuersaliter comprehendit. Sed hoc ita  
 uerbi, demum fit, si sequamur uniuersitatem, antiquitatē,  
 Antiqua confessionem. Sequemur autem uniuersitatem hoc  
 te, Confessio modo: Si hanc unam fidem ueram esse fateamur, quæ  
 sione. tota per orbem terrarum confitetur ecclesia: Anti-  
 quitatem uero ita, si ab iis sensibus nullatenus rece-  
 damus, quos sanctos maiores ac patres nostros ce-  
 lebrasse manifestum est: Confessionem quoque iti-  
 dem, si in ipsa ueritate omnium, uel certe penē om-  
 nium sacerdotum pariter & magistrorum definiti-  
 ones, sentētiasq; sectemur. Quid igitur faciet Chris-  
 tianus catholicus, si se aliqua ecclesiæ particula, ab  
 uniuersalis fidei communione præciderit? Quid ita-  
 que, nisi ut pestifero corruptoq; membro sanitatem  
 uniuersi corporis anteponat? Quid si nouella ali-  
 qua contagio non iam portiunculam tātum, sed to-  
 tam pariter ecclesiam commaculare conetur? Tunc  
 item prouidebit, ut antiquitati inhæreat, quæ pror-  
 sus iam non potest ab ulla nouitatis fraude seduci.  
 Quid si in ipsa ueritate duorum aut trium homi-  
 num, uel certe ciuitatis unius, aut etiam prouincie  
 alicuius error deprehendatur? Tunc omnino cura-  
 bit, ut paucorum temeritati uel inscitiae, si qua sunt  
 uniuersaliter antiquitus uniuersalis concilij decre-  
 ta præponat. Quid si tale aliquid emergat, ubi nihil  
 huiusmodi reperiatur? Tunc operam dabit, ut col-  
 latas inter se maiorum consulat, interrogetq; sentē-  
 tias, eorum duntaxat, qui diuersis licet temporibus

¶ locis in unius tamen ecclesiæ catholicæ communione, & fide permanētes, magistri probabiles extiterunt, & quidquid non unus aut duo tantum, sed omnes pariter uno eodemque consensu aperte, frequenter, perseveranter, tenuisse, scripsisse, docuisse cognoverit, id sibi quoque intelligat absque ulla dubitatione credendum. Sed ut planiora fiant quæ dicimus, exemplis singulatim illustranda sunt, & paucis uberioris exaggerāda, ne immodicæ breuitatis studio rapiantur rerum pondera, orationis celeritate.

Tempore Donati, à quo Donatistæ, cum se multa pars Affricæ in erroris sui furias præcipitaret, sc̄. cūmque immemor nominis, religionis, professionis, unius hominis sacrilegā temeritatem ecclesiæ Christi præponeret, tunc quicunque per Africam constituti, profano schismate detestato, uniuersis mundi ecclesiis ad sociati sunt, soli ex illis omnibus intra sacraria catholicæ fidei salvi esse potuerunt, egiām profectò relinquentes posteris formam, quemadmodum scilicet & deinceps bono more unius, aut certè paucorum uesaniæ uniuersorum sanitas anteferretur. Item quando Arianorum uenenum nō iam portiunculam quandam, sed penè orbem totum contaminauerat, adeò ut propè cunctis latini sermonis episcopis, partim ui, partim fraude deceptis, caligo quædam mentibus offunderetur, quid nam potissimum in tanta rerum confusione sequendum foret, tunc quisquis uerus Christi amator & cultor extitit, antiquam fidem nouellæ perfidiæ præferēdo, nulla contagij ipsius peste maculatus est. Cuius quidem

Ariani.

VINCENT. LIRINEN. GALLI

temporis periculo satis supērque monstratum est,  
quātum inuehatur calamitatis nouelli dogmatis in-  
ductione. Tunc siquidem non solum paruae res, sed  
etiam maximae labefactatæ sunt. Nec enim tātum ad-  
finitates, cognationes, amicitiae, domus: uerum etiam  
urbes, populi, prouinciae, nationes: uniuersum postre-  
mō Romanum imperium funditus concussum & e-  
<sup>Ariana no</sup> motum est. Nāque cūm prophana ipsa Arianorum  
uitas ue-  
<sup>luit furia</sup> nouitas, uelut quædā Bellona aut Furia, capto prius  
quædā ar-  
<sup>mauit to</sup> omnium Imperatore, cuncta deinde palatiū culmina-  
tu orbem. legibus nouis subiugasset, nequaquam deinceps de-  
stic̄t̄ uniuersa miscere atque uexare, priuata ac pu-  
blica, sacra, prophanaque omnia, nullū boni & ue-  
ri gerere discrimen, sed quoscunque colibuisse tan-  
quam de loco superiore percutere. Tunc temeratæ  
coniuges, depopulatæ uiduae, prophanae uirgines,  
dilacerata monasteria, disturbati Clerici, uerberati  
Leuitæ, acti in exilium sacerdotes, oppleta sanctis  
ergastula, carceres, metalla: Quorum pars maxima  
interdictis urbibus protrusi atq; extorres, inter de-  
serta, speluncas, feras, saxa: nuditate, fame, siti af-  
fecti, contriti & tabefacti sunt. At qui hēc omnia  
nunquid ullam aliam ob causam, nisi utique, dum  
pro cœlesti dogmate humanæ superstitiones intro-  
ducuntur, dum bene fundata antiquitas scelestæ no-  
uitate subruitur, dum superiorum instituta uiolan-  
tur, dum rescinduntur scita patrum, dum conuel-  
luntur definita maiorum, dum se se intra sacratæ  
atque incorruptæ uetus statis castissimos limites pro-  
phanæ ac nouelle curiositatist libido non continet.

Sed

Sed forsitan odio nouitatis, & amore uetus tatis hæc  
fingimus. Quis quis hoc existimat, beato saltem cre-  
dat Ambrosio, qui in secundo ad imperatorem Gra-  
tianum libro, acerbitatem temporis ipse deplorans  
ait: Sed iam satis, inquit, omnipotens Deus nostro  
exitio, nostrisque sanguine, Confessorum neces,  
exitia sacerdotum, & nephias tantæ impietatis e-  
luimus. Satis claruit, eos qui uiolauerint fidem, tu-  
tos esse non posse. Item in tertio eiusdem operis li-  
bro: Seruemus igitur, inquit, præcepta maiorum,  
nec hæreditaria signacula ausi ruditis temeritate uio-  
lemus. Librum signatum illum propheticum non  
seniores, non potestates, non angeli, non ar-  
changeli aperire ausi sunt, soli C H R I S T O ex-  
planandi eius prærogativa seruata est. Librum sa-  
cerdotalem quis nostrum designare audeat, signa-  
tum à Confessoribus, & multorum iam martyrio  
consecratum? Quem qui resignare coacti sunt,  
postea tamen damnata fraude signarunt, qui uiol-  
lare non ausi sunt, confessores, & martyres exti-  
terunt, quomodo fidem eorum possimus denegare,  
quoru*m* uictoriā prædicamus? Prædicamus planè, in-  
quam, ô uenerande Ambrosi, laudentesq; miramur:  
nam quis ille tam demens est, qui eos, & si adsequi  
non eualeat, non exoptet sequi, quos à defensione  
maiorum fidei nulla uis depulit? nō minæ, non blan-  
dimenta, non uita, non mors, non palarium, non  
satellites, non imperator, non imperium, non ho-  
mines, non dæmones. Quos, inquam, pro religio-  
se uetus tatis tenacitate tanto munere dominus  
dignos

VINCENT. LIRINEN. GALLI

dignos iudicauit, ut per eos postratas restauraret ecclesias, extinctos spiritales populos uiuificaret, deiectas sacerdotum coronas reponeret, nefarias il= las nouelle impietatis non literas, sed lituras, infuso cœlitus episcopis fidelium lachrymarū fonte dele= ret. Vniuersum postremò iam penè mūdum, sœua re= pētine hæreses tempestate perculsum, ad antiquā fidem, à nouella perfidia ad antiquam sanitatem, à nouitatis uesania, ad antiquam lucem à nouitatis cæcitate reuocaret. Sed in hac diuina quadam con= fessionum uirtute, illud est etiam nobis uel maximè considerandum, quod tunc apud ipsam ecclesiæ ue= tustatem, non partis alicuius, sed uniuersitatis ab iis est suscepta defensio. Neque enim fas erat, ut tanti ac tales uiri unius aut duorum hominum errabun= das, sibi que ipsis cōtrarias susceptiones tam magno molimine adsereret, aut uero pro alicuius prouincio la temeraria quadam conspiratione certarent, sed omnium sanctæ ecclesiæ sacerdotum, apostolicæ & catholicæ ueritatis, decreta & definita sectantes, maluerūt semetip[os], quam uetus & uniuersitatis fi= dem prodere. Vnde & ad tantam gloriam perueni= re meruerunt, ut non solùm Confessores, uerum etiā Confessorum principes iure meritóque habeantur. Magnum hoc igitur eorundem beatorum exēplum, planèque diuinum, & ueris quib[us]q[ue] catholicis in= defessa meditatione recolendum, qui in modum se= ptemplicis candelabri, septena sancti spiritus luce, radiantis, clarissimam posteris formulam præmon= strarunt, quonam modo deinceps per singula que

## ADVER. PROPH A. NOVAT. 6

que errorum uaniloquia, sacratæ uetus statis autoritate, prophane nouitatis conteratur audacia. Neque hoc sanè nouum, siquidē mos iste semper in eccllesia uiguit, ut quō quisque floreret religiosior, eò promptius nouellis adiuventionibus cōtrairet. Ex eius talibus plena sunt omnia. Sed ne longum fiat, unum aliquod, & hoc ab Apostolica potissimum sede sumemus, ut omnes luce clarius uideant, beatorum Apostolorū beata successio quāta uissemper, quāto studio, quanta contentionē defenderit suscepit & semel religionis integritatem. Quondam igitur uenerabilis memorie Agripinus Carthaginensis Episcopus, primus omnium mortalium cōtra diuum canonem, contra uniuersalis ecclesiæ regulam, contra sensum omnium consacerdotum, contra morem atque instituta maiorum, rebaptizandū esse censebat. Quae præsumptio tantum mali inuexit, ut nō solum hæreticis omnibus formam sacrilegij, sed etiam quibusdam catholicis occasionem præbuerit erroris. Cum ergo undique ad nouitatē rei cuncti reclamarent, atq; omnes quaquā uersum sacerdotes pro suo quisque studio reniterētur, tunc beatæ memorie papa Stephanus, apostolicæ sedis Antistes, cum ceteris quidem collegis suis, sed tamen præceteris restitit, dignum ut opinor existimās, si reliquos omnes tantum fidei deuotione uinceret, quantum loci auctoritate superabat. Denique in epistola, quæ tunc ad Africam missa est, & his uerbis sanxit, nihil non uandum, nisi quod traditum est. Intelligebat etenim vir sanctus & prudens, nihil aliud rationem pietatis admittere,

<sup>A grīpus  
nus iterā  
ti bapīs,  
mi auhor</sup>

<sup>Rom. eccl  
iesie au  
thoritas.</sup>

VINCENT. LIRINEN. GALLI

admittere, nisi ut omnia, qua fide à patribus suscepta forent, eadem fide filii consignarentur, nōque religionem nō quā uellemus ducere sed potius quā illa duceret sequi oportere, idq; esse proprium Christianæ modestiæ & grauitatis, non sua posteris tra-

Ducatum dereum : sed à maioribus accepta seruare. Quis ergo præbet tunc uniuersi negocii exitus, quis utique nisi iustatus nobis, res & solitus? Retenta est scilicet antiquitas, explosa religio non nouitas. Sed forte tunc ipsi nouitiae adiuventioni pa-

gioni. trocinia defuerunt. Imò uero tanta uis ingenii ad-  
fuit, tanta eloquentiæ flumina, tantus adsertorum numerus, tanta ueri similitudo, tanta diuinæ legis oracula: sed planè nouo ac malo more intellecta, ut mihi omnis illa conspiratio nullo modo destrui potuisse uideatur, nisi sola tanti moliminis causa ipsa illa suscepta, ipsa defensa, ipsa laudata nouitatis professio destituisset. Quid postremò ipsius Affricani Concilii siue decreti quæ uires? donante Deo nullæ, sed uniuersa tanquam somnia, tanquam fabulae, tanquam superflua, abolita, antiquata, calcata, sunt. Et ô rerum mira conuersio, authores eiusdem opinionis catholici, consecratores uero hæretici iudicantur: Absoluuntur magistri, condemnantur discipuli: conscriptores librorum filii regni erunt, assertores uero gehenna suscipiet. Nam quis ille tam demens est, qui illud sanctorum omnium & Episcoporum, & martyrum lumen beatissimum Cyprianum cum cæteris collegis suis in æternum dubitet regnaturum esse cum CHRISTO? Aut quis tam contrasacrilegus, qui Donatistæ & ceteras pestes,

Cyprianus.

Donatistæ rebaptingrant.

stes, quæ illius auctoritate concilij rebaptizare se  
 iactitant, in sempiternum neget arsuros esse cum  
 diabolo? Quod quidem mihi diuinitus uidetur pro=  
 mulgatum esse iudicium, propter eorum maxime  
 fraudulentiam, qui cum sub alieno nomine hæresim <sup>Hæreti,</sup>  
 concinnare machinentur, captant plerunque uete= <sup>corum uae</sup>  
 ris cuiuspiam uiri scripta, paulò inuolutius edita, fricies.  
 quæ pro ipsa sui obscuritate dogmati suo quasi cō=  
 gruant, ut illud nescio quid quocunque proferunt,  
 neque primi, neque soli sentire uideantur. Quorum  
 ego nequitiam dupli odio dignam iudico, uel eò  
 quòd hæreses uenenum propinare aliis non perti=  
 mescunt, uel eò etiam quòd sancti cuiusque uiri me=  
 moriam tanquam sopitos iam cineres prophana  
 manu uentilant, & quæ silentio sepeliri oportet  
 bat, rediuita opinione diffamant: sequentes omni=  
 no uestigia auctoris sui Cham, qui nuditatem ue=  
 nerandi Noe, non modo operire neglexit, ue= <sup>Filiu Chā</sup>  
 rum quoque irridendam cæteris enuntiauit. Vn= <sup>qui sint ho</sup>  
 die. de tantam lœse pietatis meruit offensam, ut etiam  
 posteri ipsius, peccati sui maledictis obligaren=  
 tur, beatis illis fratribus, longeque dissimilibus, qui  
 nuditatem ipsam reuerendi patris neque suis te=  
 merare oculis, neque alienis patere uoluerunt. Sed  
 auersi, ut scribitur, texerunt eum. Quod est, erra=  
 tum sancti uiri nec adprobasse, nec prodiisse, at=  
 que idcirco beata in posteros benedictione donati  
 sunt. Sed ad propositum redeamus. Magno igitur  
 metu nobis immutatæ fidei, ac temeratæ reli=  
 gionis piaculum pertimescendum est, à quo nos  
 non

VINCENT. LIRINEN. GALLI

non solum cōstitutionis ecclesiasticæ disciplina, sed etiam censura apostolicæ deterret authoritatis. Scitum etenim cū c̄tis est, quām grauiter, quām seuerē, quām uehementer inuehatur in quosdam beatus A= postolus Paulus, qui mira leuitate nimium citò trā= lati fuerant ab eo, qui eos uocauerat in gratiā Chri= sti, in aliud Euangeliū, quod non est aliud: qui co= aceruarant sibi magistros ad sua desideria, à ueri= tate quidem auditum auertentes, conuersi uero ad fabulas, habentes damnationem, quod primā fidem irritam fecissent, quos deceperant iij, de quibus ad

Rom. 16. Romanos fratres scribit idē Apostolus: Rogo au= tem uos fratres, ut obseruetis eos, qui dissensiones & offendicula præter doctrinam, quam ipsi didici= stis faciunt, & declinate ab illis: huiusmodi enim Christo domino non seruunt, sed suo uentri, & per dulces sermones & benedictiones, seducunt corda

i. Tim. 3. innocentium: Qui intrant per domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur uariis desideriis, semper discentes, & ad scientiam ueritatis nū quām peruenientes, uaniloqui & sedu= ctores, qui uniuersas domos subuertunt, docētes quæ non oportet turpis lucri gratia, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, superbi, & nihil sciētes, sed languentes circa questiones & pugnas uerbo= rum, qui ueritate priuati sunt, existimantes quæ= stum esse pieratem, simul autē & otiosi discunt cir= cumire domos: non solum autem otiosi, sed & uer= bosi, & curiosi, loquentes quæ non oportet, qui bo= nam conscientiam repellentes circa fidem naufra= gauerunt.

gallerunt. Quorum profana uaniloquia multū proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit. Bene autem quod de iis item scribitur: sed ultra non proficiunt, insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Cum ergo tales quidam circūeuntes prouincias & ciuitates, atque errores uenalitios circumferendo etiam ad Galatas deuenissent: cūmque his auditis Galatæ, nausea quadam veritatis affecti, apostolicæ, catholiceq; doctrinæ manna reuomentes, hæreticæ nouitatis sordibus oblectarentur, ita se apostolicæ potestatis exercuit authoritas, ut summa cū severitate decerneret: Sed licet aut nos, inquit, aut angelus de cœlo euāgelizet uobis præterquam quod euangelizauimus uobis, anathema sit Quid est quod ait, sed licet nos? Cur non potius, sed licet ego? Hoc est, etiam si Petrus, etiam si Andreas, etiam si Ioannes, etiam si postremò omnis Apostolorum chorus euāgelizet uobis præterquam quod euangelizauimus, anathema sit. Tremenda districtio propter adserendam primæ fidei tenacitatem, nec sibi nec cæteris Coapostolis pepercisse. Parum est: etiam si angelus, inquit, de cœlo euāgelizet uobis, præterquam quod euangelizauimus, anathema sit. Non sufficerat ad custodiā traditæ semel fidei, humanæ conditionis commemorasse naturam, nisi angelicam quoq; excellētiam comprehendisset: Licet nos, inquit, aut angelus de cœlo. Non quia sancti cœlestesque angeli peccare iam possint, sed hoc est quod dicit: Si etiam inquit, siat quod non potest fieri: quisquis ille traditam

Galat. 1.

VINCENT. LIRINEN. GALLI

ditam semel fidem mutare tentauerit, anathema sit.  
Sed hæc forsitan perfunctoriè prælocutus est, &  
humano potius effudit impetu, quād diuina ratione  
decreuit. Absit. Sequitur enim, & hoc ipsum ingen-  
ti molimine iteratæ insinuatiōis inculcat. Sicut præ-  
diximus, inquit, & nunc iterum dico: Si quis uobis  
euangelizauerit præterquām quod accepistis, ana-  
thema sit. Nō dixit: si quis uobis adnūciauerit præ-  
terquām quod accepistis, benedictus sit, laudetur, re-  
cipiatur: sed anathema sit, inquit, id est, separatus,  
segregatus, exclusus, ne unius ouis dirū cōtagium,  
innoxium gregem Christi uenenata permixtione  
*Anathema aliquē*  
contaminet. Sed forsitan Galatis tantum ista præce-  
pta sunt. Ergo & illa solis Galatis imperata sunt,  
quæ in eiusdem epistolæ sequentibus commorantur,  
qualia sunt hæc: Si uiuimus spiritu, spiritu &  
ambulemus: Nō efficiamur inanis gloriæ cupidi, in-  
uicem prouocantes, inuicem inuidentes. Et reliqua.  
Quod si absurdum est, & omnibus ex æquo impe-  
rata sunt, restat ut sicut hæc morum mandata, ita  
etiam illa quæ de fide cauta sunt, omnes pari modo  
comprehendant. Et sicut nemini licet inuicem pro-  
uocare, aut inuidere inuicem: ita nemini liceat, præ-  
ter id quod ecclesia catholica usquequaque euangeli-  
zat, accipere. Aut forsitan tunc iubebatur, si quis  
adnuntiasset præterquām quod adnuntiatum fuerat  
anathemari: nunc uero iam nō iubetur. Ergo & il-  
lud quod item ibi ait: Dico autem, spiritu ambulate:  
& desiderium carnis non perficietis. Tunc tantum  
iubebatur, modò uero iam non iubetur. Quod si im-  
pium

pium pariter & pernitosum est ita credere, neceſſa  
 fariò sequitur, ut sicut hæc cunctis etatibus obser-  
 uanda sunt: ita illa quoque que de non mutanda  
 fide sancta sunt, cunctis etatibus imperata sint. Ad-  
 nuntiare ergo aliquid Christianis catholicis preter  
 id quod acceperunt, nunquam licuit, nusquam licet.  
 Num licebit & anathemare eos qui adnuntient ali-  
 quid, præterquam quod semel acceptum est? nunquam  
 non oportuit, nusquam non oportet, nunquam non  
 oportebit. Quæ cum ita sint, estne aliquis uel tantæ  
 audaciæ, qui præter id quod apud ecclesiam adnun-  
 ciatum est, adnunciet? Vel tantæ leuitatis qui præter  
 id quod ab ecclesia accepit, accipiat? Clamet, & rea-  
 petendo clamet, & omnibus, & semper, & ubique  
 per literas suas clamet ille, ille? Vas electionis, ille  
 magister Gétium, ille Apostolorum tuba, ille terra-  
 rum præco, ille cœlorum conscius, ut si quis nouum  
 dogma adnuntiauerit, anathemetur. Et cōtra recla-  
 mant ranæ quædam, & cyniphes, & muscæ moria-  
 turæ, quales sunt Pelagiani, & hoc catholicis. No-  
 bis, inquiūt, authoribus, nobis principibus, nobis ex-  
 positoribus dammate quæ tenebatis, tenete quæ dā-  
 nabatis, reiūcite antiquam fidem, paterna instituta,  
 maiorum deposita, & recipite, quæ nam illa tālem  
 Horreo dicere: sunt enim tam superba, ut mihi non modò adfirmari, sed ne refelli quidem sine aliquo ne quidem  
 piaculo posse videantur. Sed dicet aliquis. Cur ergo refelli si  
 persæpe diuinitus sinuntur excellētes quædam per ne piacut  
 sonæ in ecclesia constitutæ, res nouas catholicis ad possumt.  
 nuntiare? Recta interrogatio, & digna quæ diligē-

B tuis

VINCENT. LIRINEN. GALLI

tius atque uberius pertractetur, cui tamen non ingenio proprio, sed diuinæ legis autoritate ecclesiastici magistri documento satisfaciendum est. Audimus ergo sanctum Mosen, & ipse nos doceat, cur docti uiri, & qui propter sciætiæ gratiam, ab Apostolo etiam prophetæ nuncupantur, proferre interdum permittantur, noua dogmata, quæ uetus testis dñi alieni mentum allegorico sermone Deos alienos appellare consuevit, eò quod scilicet ita ab hereticis ipsorum opinione, sicut à gentilibus dñi sui obseruentur. Scribit ergo in Deuteronomio beatus Moses: Si surrexerit, inquit, in medio tui propheta, aut qui somnium uidisse se dicat: id est, magister in ecclesia constitutus, quem discipuli uel auditores sui ex aliqua reuelatione docere arbitretur. Quid deinde? Et prædictor, inquit, signum atque portentum, & euenerit quod locutus est. Magnus profectò nescio quis significatur magister, & tantæ scientiæ, qui sectatoribus propriis, non solum quæ humana sunt nosse, uerum etiam quæ supra hominem sunt prænoscere posse uideatur. Quales ferè discipuli sui iactitant fuisse Valentimum, Donatum, Photinum, Apollinarem, cæterosque huiusmodi. Quid postea? Et dixerit, inquit, tibi: eamus & sequamur Deos alienos quos ignoras, & seruiamus eis. Qui sunt dñi alieni, nisi errores extranei quos ignorabas? id est, noui & inauditii: & seruiamus eis, id est credamus eis, sequamur eos. Quid ad extrellum? Non audies, inquit, uerba Prophetæ illius, aut Somniatoris. Et quare, oro te, à Deo nō prohibetur doceri, quod adeo prohibetur

hibetur audiri? Quia, inquit, tētat uos dominus deus  
 uester, ut palām fiat, utrum diligatis eum an non in  
 toto corde, et in tota anima uestra. Luce clarius  
 aperta causa est, cur interdum diuina prouidentia <sup>Hæreses</sup>  
 quosdam ecclesiarum magistros, noua quedam do- <sup>quare</sup>  
 gmata prædicare patiatur, ut tentet uos dominus, <sup>Christus</sup>  
 inquit, Deus uester. Et profectò magna tentatio est,  
 cum ille quem tu prophetam, quem prophetarū di-  
 scipulum, quem doctorem et adsertorem ueritatis  
 putes, quem summa ueneratione et amore com-  
 plexus sis, is subito latenter noxios subinducat er-  
 rores, quos nec citò deprehendere ualeas, dum an-  
 tiqui magisterii duceris præiudicio, nec facile dam-  
 nare ducis fas, dum magistri ueteris præpediris af-  
 fectu. Hic forsitan efflagitet aliquis, ut ea quæ san-  
 eti Mosis uerbis adserta sunt, ecclesiasticis aliqui-  
 bus, demonstrentur exemplis. Aequa expostulatio,  
 nec diu differenda: Nam ut à proximis et manifestis  
 incipiā, qualem fuisse nuper tentationē putamus,  
 cum infelix ille Nestorius, subitò ex oue conuersus  
 in lupum, gregem Christi lacerare cœpisset? cū eum  
 iij ipsi qui rodebantur ex magna adhuc parte ouem  
 crederet, ideoq; morsibus eius magis paterent. Nam  
 quis eum facile errare arbitraretur, quem tanto im-  
 perii iudicio electū, tāto sacerdotū studio prosecutū  
 uideret? qui cū magno sanctorū amore, summo po-  
 puli fauore celebraretur quotidie, palā diuina tra-  
 tabat eloquia, et noxios quoq; Iudæorū et Gēti-  
 liū cōfutabat errores. Quo tādē isto modo nō cuius  
 fidē facheret se recta docere, recta prædicare, recta

VINCENT. LIRINE N. GALLI

sentire? Qui ut uni hæresi suæ aditum patefaceret,  
cunctarum hæresewn blasphemias insectabatur. Sed  
**Nestorius** hoc erat illud quod Moses ait: Tentat uos dominus  
qualis. deus uester, si diligatis eum an non. Et ut Nestorium  
prætereamus, in quo plus semper admirationis quam  
utilitatis, plus famæ quam experientie fuit: quem o-  
pinione uulgi aliquandiu magnum, humana magis  
fecerat gratia quam diuina. Eos potius commemo-  
remus, qui multis profectibus, multaq; industria præ-  
diti, non parue tentationi catholicis hominibus ex-  
**Photinus.** titerunt: uelut apud Pannonias maiorum memoria,  
**Pannonius** Photinus ecclesiā Sirmitanam tentasse memoratur,  
ubi cum magno omnium fauore in sacerdotium fuis-  
set ascitus, & aliquandiu tanquam catholicus admi-  
nistraret, subito sicut malus ille Propheta, aut som-  
niator, quem Moses significat, creditam sibi plebem  
dei persuadere coepit, ut sequeretur deos alienos, id  
est, errores extraneos, quos antea nesciebat. Sed  
hoc usitatum, illud uero pernitiosum, quod ad tantū  
nefas non medio cribus adminiculis utebatur: nā erat  
& ingenii uiribus ualens, & doctrinæ opibus excel-  
lens, & eloquio præpotens: quippe qui utroque ser-  
mone copiose & grauiter disputaret, & scriberet,  
quod monumentis librorum suorum manifestatur,  
**Photinus** quos idem partim Græco, partim Latino sermone  
græcos et composuit. Sed bene, quod commisse ipsi oues Chri-  
latinos li- sti, multum pro catholica fide uigilantes & caute-  
ptos reli- citò ad præmonentis Mosi eloquia respexerunt: &  
quit. Prophetæ atque pastoris sui licet admirarentur elo-  
quentiam, temptationem tamen non ignorarunt: Nam  
quam

quam antea quasi arietem gregis sequebantur, eundem deinceps uelut lupum fugere cœperunt. Neque solum Photini, sed etiam Apollinaris exemplo istius Apollinaris ecclesiastice tentationis periculum discimus, & si quis mul ad obseruandæ diligentius fidei custodiam componemur: Etenim ipse auditoribus suis magnos auxilios, & magnas generauit angustias, quippe cum eos huic ecclesiæ traheret authoritas, huic magistri retraheret consuetudo, sic inter utraque nutabundi & fluctuantes quid potius sibi feligendum foret non expedient. Sed forsitan eiusmodi ille uir erat, qui dignus esset facile contemni. Imo uero tantus ac talis, cui nimium citò in plurimis crederetur. Nam quid illo præstatius, acumine, exercitatione, doctrina? quam multas ille hereses multis uoluminibus oppresserit, quot inimicos fidei confutauerit errores, inditio est opus illud 30. non minus librorum nobilissimum & maximum, quo insanias Porphirii calumnias magna probationum mole confudit. Longum est uniuersa Porphiriis ipsius opera commemorare, quibus profecto summis. mis ædificatoribus ecclesiæ par esse potuisse, nisi profana illa hereticæ curiositatis libidine, nouum nescio quid adiuuenisset, quo & cunctos labores suos uelut cuiusdam lepræ admixtione foedaret & committeret ut doctrina eius non tam ædificatio, quam tentatio potius ecclesiastica diceretur. Hic à me forsitan depositatur, ut horum quos suprà commemorauit hereses exponam, Nestorii scilicet, Apollinaris & Photini. Hoc quidem ad rem de qua nunc agimus non attinet: propositum enim nobis est non

VINCENT. LIRINEN. GALLI

Photini  
secta.

Singulorum errores persequi, sed paucorū exempla proferre, quibus euidenter ac perspicue demonstratur illud quod Moses ait. Quia scilicet, si quando ecclasticus aliquis magister, & ipse interpretans prophetarum mysteris propheta, noui quiddam in ecclesiam Dei tentet inducere, ad temptationem id nostram fieri prouidētia diuina patiatur. Utile igitur fuerit in excursu, quid supra memorati hæretici sentiant, breuiter exponere, id est, Photinus, Apollinaris, Nestorius. Photini ergo secta hæc est: Dicit Deum singulum esse & solitariū, & more Indiaico confitēdum: trinitatis plenitudinem negat, neque ullam Dei uerbi, aut ullam spiritus sancti putat esse personam: Christum uero hominem tantummodo solitarium adserit, cui principium adscribit ex Maria, & hoc omnimodis dogmatizat, solam nos personā Dei patris, & solum Christum hominem colere debere. Hæc ergo Photinus: Apollinaris uero, in unitate quidem trinitatis quasi consentire se iactitat, & hoc ipsum non plena fidei sanitatem, sed in domini incarnatione aperta professione blasphemat. Dicit enim in ipsa Saluatoris nostri carne, aut animam humanam penitus non fuisse, aut certe talem fuisse, cui mens & ratio non esset, sed & ipsam domini carnē, non de sanctae virginis Mariæ carne suscepit, sed de cœlo in virginem descendisse dicebat, eamq; nutabundus semper & dubius, modò coæternam Deo uerbo, modò de uerbi diuinitate factam prædicabat: solebat enim in Christo duas esse substantias: unam diuinam, alteram humanam, unam ex patre, alteram

ex matre: sed ipsam uerbi naturam putabat esse di-  
scissam, quasi aliud eius permaneret in Deo, aliud  
uerò uersum fuisse in carnem, ut cum ueritas dicat  
ex duabus substantiis unum esse Christum: ille con-  
trarius ueritati, ex una Christi diuinitate duas ad-  
serat factas esse substantias. Hæc itaque Apollina-  
ris. Nestorius autem contrario Apollinari morbo, <sup>Nestoris</sup>  
dum sese duas in Christo substantias distinguere si= error.  
mulat, duas introducit repente Personas, & inau-  
dito scelere duos esse uult filios Dei, duos Christos,  
unum Deum, alterum hominem: unum qui ex patre,  
alterum qui sit generatus ex matre. Atque ideo ad-  
serit sanctam Mariam nō theotókop, sed χριστό-  
kop esse dicendā: quia scilicet ex ea non ille Chri-  
stus qui Deus, sed ille qui erat homo natus sit. Quod  
si quis eum putat in literis suis unum Christum dice-  
re, & unam Christi prædicare personam, nō teme-  
rè credat: aut enim istud fallēdi arte machinatus est,  
ut per bona facilius suaderet & mala, sicut ait A po-  
stolus: Per bonum mihi operatus est mortem. Aut er-  
go, ut diximus, fraudulentæ causa quibusdā in locis  
scriptorum suorum unū Christū, & unā Christi perso-  
nā credere se iactitat: Aut certè post partū iā virgo-  
nis ita in unū Christū duas perhibet cōuenisse perso-  
nas, ut tamē cōceptus, seu partus uirginei tēpore, et  
aliquāto poste à duos Christos fuisse contendat. Et  
cū scilicet Christus hō cōmunis primū & solitarius  
natus sit, & necdū dei nerbi persona unitate socia-  
tus, poste à in eū assumētis uerbi persona descēderit:  
& licet nūc ī dei gloria maneat adsup̄ aliquādiu,

VINCENT. LIRINEN. GALLI

tamen nihil inter illum & ceteros homines interfuisse videatur. Hæc ergo Nestorius, Apollinaris, Photinus aduersus catholicā fidem rabidi canes latrant: Photinus trinitatem non confitendo: Apollinaris cōvertibilem uerbi dicendo naturam, & duas in Christo substantias non confitendo, & aut totam Christi animam, aut certè mentem atque rationem in anima denegando, & adserendo pro sensu mentis fuisse Dei uerbum: Nestorius duos Christos, aut

<sup>Duae substantiae in Christo.</sup> semper esse, aut aliquandiu fuisse adseuerando. Ecclesia uero catholica, & de Deo, & de Saluatore nostro recta sentiens, nec in trinitatis mysterio, nec

in christi incarnatione blasphemat: Nam & unam diuinitatem in trinitatis plenitudine, & trinitatis æqualitatem in una atque eadem maiestate ueneratur & unum Christum Iesum, nō duos, eundemque Deū pariter atque hominem confitetur: Vnam quidem in eo personam, sed duas substantias: duas subsistencias, sed unam credit esse personam: duas substancias, quia mutabile non est uerbum Dei, ut ipsum uerteretur in carnem: unam personam, ne duos profitendo filios quaternitatem uideatur colere, non trinitatem. Sed operæ pretium est, ut id ipsum etiam atque etiam distinctius & expressius enucleemus: In Deo una substātia, sed tres personæ: In Christo duæ substātie, sed una persona: In trinitate aliud atque aliud, non aliud atque aliud: In Saluatore aliud atq; aliud, non aliud atque aliud. Quomodo in trinitate aliud atque aliud, non aliud atque aliud? Quia scilicet alia est persona patris, alia filij, alia spiritus san-

cti  
Aliud.

Et. Sed tamen patris & filij & spiritus sancti non  
 alia & alia, sed una eadēmq; natura. Quomodo in  
 Saluatore aliud, atq; aliud, nō aliis atq; aliis? Quia  
 uidelicet altera substātia diuinitatis, altera humani-  
 tatis, sed tamen deitas & humanitas non alter &  
 alter, sed unus idēmque Christus, unus idēmque filius  
 Dei, & unius eius idēmque Christi & filij Dei, una  
 eadēmque persona. Sicut in homine aliud caro, &  
 aliud anima, sed unus idēmque homo anima & ca-  
 ro. In Petro uel Paulo aliud anima, aliud caro, nec  
 tamen duo Petri caro & anima, aut alter Paulus a-  
 nima, & alter caro, sed unus idēmque Petrus, unus  
 idēmque Paulus, ex duplice diuersaq; subsistens ani-  
 mi corporisque natura. Ita igitur in uno eodēmque  
 Christo duæ substātiae sunt, sed una diuina, altera  
 humana: una ex patre deo, altera ex matre uirgine,  
 una coæterna & æqualis patri, altera ex tempore  
 & minor patre: una consubstantialis patri, altera  
 consubstantialis matri: unus tamen idēmque Chri-  
 stus in utraque substātia. Nō ergo alter Christus  
 deus, alter homo: nō alter increatus, alter creatus: nō  
 alter impaſibilis, alter paſibilis: non alter æqualis  
 patri, alter minor patre: non alter ex patre, alter ex  
 matre, sed unus idēmque Christus Deus & homo:  
 idem non creatus & creatus: idem incommutabilis  
 & impaſibilis: idem commutatus & paſsus: idē pa-  
 tri & æqualis & minor: idem ex patre ante secula  
 genitus: idem in seculo ex matre generatus: perfe-  
 ctus Deus, perfectus homo: in Deo summa diuinitas,

in

VINCENT. LIRINEN. GALLI

Plena in homine plena humanitas: Plena, inquam, huma-  
Christi hu- nitas, quippe quæ animam simul habeat & carnem,  
manitas. sed carnē uerā nostrā, maternam: animam uerò in-  
tellectu præditam, mente ac ratione pollutem. Est  
ergo in Christo uerbum, anima, caro, sed hoc totum  
unus est Christus, unus filius Dei, & unus Saluator  
ac redemptor noster. Unus autem, non corruptibili-  
nescio qua diuinitatis & humanitatis cōfusione, sed  
<sup>Ariani cō-</sup> integra & singulari quadam unitate personæ: Ne-  
<sup>fundunt</sup> que enim illa coniunctio alterum in alterum cōuer-  
<sup>naturas.</sup> tit atque mutauit, qui est error proprius Arianorū,  
sed ita in unum potius utrung; compedit, ut manen-  
te semper in Christo singularitate unius eiusdémque  
personæ in æternum quoque permaneat proprietas  
uniuersicuiusq; naturæ: quo scilicet nec unquam Deus  
corpus esse incipiat, nec aliquando corp<sup>o</sup>, corpus esse  
desistat, quod etiā humanæ cōditionis demonstratur  
exemplo. Neque enim in præsentि tātum, sed in fu-  
turo quoque unusquisque hominum ex anima con-  
stabit & corpore, nec tamen unquam aut corpus in  
animam, aut anima uertetur in corpus, sed unoquo-  
que hominum sine fine uicturo, in unoquoque homi-  
num sine fine necessariò utriusque substantiæ diffe-  
rentia permanebit. Ita in Christo quoque utriusque  
substantiæ suæ cuique in æternum proprietas, salua  
tamen personæ unitate retinenda est. Sed cūm per-  
sonam səpius nominamus, & dicimus quod Deus  
persona homo factus sit, uehementer uerendum est,  
ne hoc dicere uideamur, quod Deus uerbum sola  
imitatione actionis quæ sunt nostra suscepit, &  
quicquid

quicquid illud est conuersationis humanae quasi ad-  
umbratus non quasi uerus homo fecerit. Sicut in  
theatris fieri solet, ubi unus plures effingit repente  
personas, quarum ipse nulla est. Quotiescunque e-  
tenim aliqua suscipitur imitatio actionis alienae, ita  
aliorum officia aut opera patrantur, ut tamē hi qui  
agunt non sint ipsi quos agunt. Neq; enim, ut uerbi  
gratia seculariū & Manichæorū utamur exēpli,  
cūm actor tragicus sacerdotē effingit, aut regē, sa-  
cerdos aut rex est: nam desinente actu simul & ea  
quæ suscepérat persona desistūt. Absit hoc à nobis  
nefarium sceleratumque ludibrium, Manichæorum  
sit ista dementia, qui phantastic preēdicatorēs, a-  
iunt filium Dei Deum personam hominis non sub-  
stantiæ extitisse, sed actu putatiuo quodam & con-  
uersatione simulasse. Catholica uero fides ita uer-  
bum Dei hominem factum esse dicit, ut quæ nostra  
sunt, non fallaciter & adumbratè, sed uerè expre-  
ſeque susciperet: & quæ erant humana, non quasi  
aliena imitaretur, sed potius ut sua gereret, & pror-  
sus quod agebat, hoc etiam quem agebat is esset.  
Sicut ipsi nos quoque in eo quod loquimur, sapi-  
mus, uiuimus, subsistimus, non imitamur homines,  
sed sumus: Neque enim Petrus & Iohannes, ut eos  
potissimum nominem, imitando erant homines, sed  
subsistendo. Neque item Paulus simulabat Aposto-  
lum, aut fingebat Paulum, sed erat Apostolus, ex  
subsistebat Paulus. Ita etiā Deus uerbum assumēdo,  
& habendo carnē, loquendo, faciendo, patiendo per  
carnem,

VINCENT. LIRINEN. GALLI

carnem, sine ulla tamē suę corruptione naturę hoc omnino præstare dignatus est, ut hominem perfectū non imitaretur, aut fingeret, sed exhiberet: ut homo uerus non uideretur aut putaretur, sed esset atque subsisteret. Igitur sicut anima connexa carni, nec in carnem tamen uersa, non imitatur hominem, sed est homo: & homo non per simulationem, sed per substātiā: ita etiam uerbum Deus absque ulla sui cōuersione uniendo se homini non confundendo, non imitando factus est homo, sed subsistendo. Abiūciatur ergo tota penitus personę illius intelligētia, quę fingendo imitatione suscipitur, ubi semper aliud est, & aliud simulatur, ubi ille qui agit nunquam is est quem agit. Absit etenim ut hoc fallaci modo. Deus uerbum personam hominis suscepisse credatur, sed ita potius, ut incommutabili sua manente substātia, & in se perfecti hominis suscipiendo naturam, ipse caro, ipse homo, ipse persona hominis existeret, non simulatoria, sed uera: non imitatiua, sed substātiua: non denique quę cū actione desisteret, sed quę prorsus in substātia permaneret. Hæc igitur in Christo personę unitas nequaquam post uirginis partum, sed in ipso uirginis utero compacta atque perfecta est: Vehementer etenim præcauere debemus, ut Christum non modo unum, sed etiam semper unum confiteamur: quia intolerāda blasphemia est, ut etiā si nunc eum unum esse concedas, aliquando tamen non unum, sed duos fuisse contendas, unum scilicet post tempus baptismatis, duos uero sub tempore nauitatis. Quod immensum sacrilegiū nō aliter profecto

fecto uitare poterimus, nisi unitum hominem Deo,  
 sed unitate personae, non ascensu, uel resurrectione,  
 uel baptismo, sed iam in matre, iam in utero: iam dea-  
 nique in ipsa uirginali conceptione fateamur, pro-  
 pter quam personae unitatem indifferenter ei atque  
 promiscue, & que Dei sunt propria, tribuuntur ho-  
 mini, & que carnis propria adscribuntur Deo. In-  
 de est enim quod diuinus scriptum est: Et filium ho-  
 minis descendisse de cœlo, & dominum maiestatis  
 crucifixum in terra: Inde & etiam est & ut carne  
 domini facta, carne domini creata, ipsum uerbū dei  
 factū, ipsa sapientia Dei impleta, sciētia creata di-  
 catur, sicut in præsciētia manus ipsius & pedes fōst  
 esse referuntur. Per hanc, in quam, personae unitatē,  
 illud quoque similis mysterij ratione perfectum est,  
 ut carne uerbi ex integra matre nascente, ipse Deus  
 uerbū natus ex uirgine catholiciſimē credatur, im-  
 piſimē denegetur. Quæ cum ita sint, abſit ut quis  
 quam sanctā Mariam diuinæ gratiæ priuilegiis, ut Maria.  
 ſpeciali gloria fraudare conetur: Est enim singulari  
 quodam domini ac Dei, non filij autem ſui munere  
 uerifimē ac beatissimē theotōnos cōfitenda. Sed nō  
 eo modo theotōnos, quo impia quædam hæresis ſu-  
 fpicatur, quæ adſerit eam Dei matrem ſola appellati-  
 one dicendam, quæ eum ſcilicet pepererit homi-  
 nem, qui poſteā factus est Deus: ſicut dicimus preſ-  
 byteri matrem, aut epifcopi matrem, non iam preſ-  
 byterum aut epifcopum pariēdo, ſed eum generan-  
 do hominem, qui poſteā preſbyter uel epifcopus fa-  
 tus est. Non ita, inquam, sancta Maria theotōnos,  
 ſed

VINCENT. LIRINEN. GALLI

sed ideo potius, quoniam, ut supra dictum est, iam in eius sacrato utero sacrosanctū illud mysteriū per petratum est, quod propter singularem quandam atque unicam personā unitatē, sicut uerbum in carne caro, ita homo in deo deus est. Sed iam ea quae de supra memoratis hæresibus, uel de catholica fide breuiter dicta sunt, renouandæ causa memoriae, breuius strictiusque repetamus, quo scilicet et intelligantur iterata plenius, et firmius inculcata teneantur. Anathema igitur Photino, non recipienti plenitudinem trinitatis, et Christum hominem tantummodo solitarium prædicanti. Anathema Apollinari, adserenti in Christo conuersæ diuinitatis corruptionem, et auferenti perfectæ humanitatis proprietatem. Anathema Nestorio, neganti ex uirgine deum natum, adserenti duos Christos, et explosa trinitatis fide quaternitatem nobis introducenti. Beata uero catholica ecclesia, quae unum deum in trinitatis plenitudine, et item trinitatis equalitatem in una diuinitate ueneratur, ut neque singularitas substantiae personarum confundat proprietatem, neque ite trinitatis distinctio unitatem separet deitatis. Beata inquam ecclesia, quae in Christo duas ueras perfectasq; substancialias, sed unam Christi credit esse personam, ut neque naturarum distinctio unitatem personæ diuidat, neque item personæ unitas differentiam confundat substancialiarum. Beata inquam ecclesia, quae ut unum semper Christum et esse et fuisse fateatur, unitum hominem deo non post partum, sed iam in ipso matris utero confitetur. Beata inquam ecclesie

eccl<sup>esi</sup>a, quæ deum factum hominem non conuersio= ne naturæ, sed personæ ratione intelligit, personæ autem non simulatoriæ & transeuntis, sed substanti ue ac permanentis. Beata inquam eccl<sup>esi</sup>a, quæ h<sup>ac</sup> personæ unitatem tantam uim habere prædicat, ut propter eam miro ineffabiliq; mysterio, & diuina ho mini, & deo adscribat humana. Nam propter eā & hominem de cœlo secundum deum descendisse non abnegat, & deum secundum hominem credit in ter= ra factum, passum, & crucifixum. Propter eam deni que & hominem dei filium, & deum filium uirginis confitetur. Beata igitur ac ueneranda, benedicta & sacrosancta, & omnino superne illi angelorum lau= dationi comparanda confessio, quæ unum dominum deū trina sanctificatione glorificat. Idcirco etenim uel maximè unitatem Christi prædicat, ne mysteriū trinitatē excedat. H<sup>ac</sup> in excursu dicta sint, aliās, si Deo placuerit, uberior tractāda, & explicāda. Nūc ad propositum redeamus. Dicebamus ergo in supe= rioribus, quod in eccl<sup>esi</sup>a dei tentatio esset populi error magistri, & tanto maior tentatio, quanto ipse esset doctior qui erraret. Quod primum scripture authoritate, deinde eccl<sup>esi</sup>asticis docebamus exem= plis, eorum scilicet commemoratione, qui cum ali= quandiu sanæ fidei forent habitu, ad extremum ta= men, aut in alienam decidissent sectam, aut ipsi suam hæresim condidissent. Magna profectores, & ad cū eccl<sup>esi</sup>as discendum utilis, & ad recolendum necessaria, sive doctri= na assu= lustrare atque inculcare debemus, ut omnes ferentia catho=-

VINCENT. LIRINEN. GALLI

catholici nouerint se cum ecclesia doctores recipere, nō cum doctoribus ecclesiæ fidem deserere debeare. Sed ego ita arbitror, quod cū multos in hoc tētandi genere proferre ulaeamus, nemo penè sit, qui Origenis tentationi ualeat comparari, in quo plura adeò p̄eclara, adeò singularia, adeò mira extiterunt, ut inter initia habendam cunctis adsertionibus eius fidem, quiuis ille facile iudicaret. Nam si uita facit authoritatem, magna illi industria, magna pudicitia, patiētia, tolerantia. Si genus uel eruditio, quid eo nobilius, qui primum in ea domo natus est, quæ est illustrata martyrio? Deinde pro Christo non solum patre, sed omni quoque facultate priuatius, tantum inter sanctæ paupertatis profecit angustias, ut pro nomine dominicæ cōfessionis saepius, ut ferunt, adfligeretur. Neque uero hæc in illo sola erant, quæ cuncta postea tentationi forent, sed tanta etiam uis ingenij tam profundi, tam acris, tam elegantis, ut omnes penè multum longeque superarunt: tanta doctrinæ ac totius eruditionis magnificentia, ut pauca forent diuinæ, penè fortasse nullæ humanae philosophiae, quæ non penitus adsequeretur, cuius scientiæ, cum Græci non crederent, Hebreæ quoque elaborata sunt. Eloquentiam uero quid memorem? cuius fuit tam amœna, tam lœta, tam dulcis oratio, ut mihi ex ore ipsius non tam uerba, quam mella quædam fluxisse uideantur. Quæ nō ille persuasus difficilia, disputādi viribus elimpidauit? Quæ factu ardua non ut facillima uiderentur, effecit? Sed forsitan argumentorum tantummodo nexibus adassertiones

Origenis  
familie  
crudito.

sertiones suas texuit. Imò planè nemo unquam ma-  
 gistrorū fuit, qui pluribus diuinæ legis uteretur exē-  
 plis. Sed credo pauca conscripsit. Nemo mortalium  
 plura, ut mihi sua omnia non solum perlegisse, sed ne  
 inueniri quidē posse uideātur. Cui ne quicquā ad sciē-  
 tie instrumenta deesset, etiā plenitudo exabundauit  
 ætatis. Sed forsitan discipulis parū felix. **Q**uis unquā  
 felicior? Nēpe innumeri ex sinu suo doctores, innu-  
 meri sacerdotes, cōfessores & martyres extiterunt.  
 Iā uero quāta apud omnes illius admiratio, quanta  
 gloria, quāta gratia fuerit, quis ex equi ualeat? **Q**uis  
 non ad eum paulò religiosior ex ultimis mundi par-  
 tibus aduolauit? **Q**uis Christianorum non penè ut  
 prophetam? **Q**uis philosophorum nō ut magistrum  
 ueneratus est? **Q**uām autem non solum priuatæ con-  
 ditioni, sed ipsi quoque fuerit reuerendus imperio,  
 declarant historiæ quæ eum à matre Alexandri im- Mammæ  
Origenë  
 peratoris accitum ferunt, cœlestis utique sapientiæ ad se ali-  
 merito, cuius & ille gratia & amore illa flagrabat. lexit.  
 Sed & eiusdem epistole testimonium perhibet, quas  
 ad Philippum imperatore, qui primus Romanorum  
 principū Christianus fuit, Christiani magisterii au-  
 thoritate conscripsit, de cuius incredibili quadam  
 scientia, si quis referentibus nobis Christianum non  
 accipit testimonium, saltem testificantibus philoso-  
 phis gentilem recipiat confessionem. Ait nāque im-  
 pius ille Porphirius, excitum se fama ipsius Alexā-  
 driam puerum ferè perrexisse, ibique eum uidisse  
 iam senem, sed planè talem tantumque qui arcem  
 C totius

VINCENT. LIRINEN. GALLI

totius scientiae condidisset. Dies me citius defecerit,  
quam ea quae in illo uiro praeclara extiterunt, uel ex  
minima saltem parte perstringam, quae tam omnia  
non solum ad religionis gloriae, sed etiam ad temptationis  
magnitudinem pertinebat: Quotus enim quisque tan=   
ti ingenii, tantae doctrinae, tantae gratiae uirum aut fa=   
cile deponeret, ac non illa potius uteretur sententia,  
se cum Origene errare malle quam cum aliis uera sen=   
tire? Et quid plura eodem res decidit, ut tantae personae  
tanti doctoris, tanti prophetae, non humana aliqua,  
sed ut exitus docuit, nimium periculosa tentatio plu=   
rimos a fidei integritate dederet. Quamobrem hic  
idem Origenes tantus ac talis dum gratia Dei info=   
lentius abutitur, dum ingenio suo nimium indulget,  
sibi que satis credit, cum paruipendit antiquam Chri=   
stianae religionis simplicitatem, dum se plus cunctis  
sapere presumit, dum ecclesiasticas traditiones ex=   
ueteram magisteria contemnens, quedam scriptu=   
rarum capitula novo more interpretatur, meruit ut  
de se quoque ecclesiae Dei diceretur. Si surrexerit in  
medio tui propheta. Et paulo post: Non audies, inquit,  
uerba prophetae illius. Et item: Quia, inquit, tentat  
uos dominus Deus uester, utrum diligatis eum an non.  
Verè non solum temptatione, sed etiam magna temptatione,  
deditam sibi atque in se pendente ecclesiam admiratio=   
ne ingenii, scientiae, eloquentiae, conversationis et gra=   
tie, nihil de se suspicantem, nihil se uerentem, subito a  
ueteri religione in nouam prophanitatem sensim  
paulatimque traducere. Sed dicet aliquis, corruptos  
esse

Hieronis  
mi hæc  
fuit vox.

esse Origenis libros. Non resisto, quin potius & ma  
lo: Nam id à quibusdam & traditum, & scriptum  
est, non catholicis tantum, uerū etiam hæreticis.  
Sed illud est quod nunc debemus aduertere, & si nō  
ipsum, libros tamen sub nomine suo æditos magnæ  
esse tentationi qui multis blasphemiarum uulneribus  
scatentes, non ut alieni, sed quasi sui & leguntur &  
amantur, ut & si in errore concipiendo Origenis nō  
fuit sensus, ad errorem tamen persuadendum Orige-  
nis authoritas ualere uideatur. Sed & Tertulliani <sup>Tertullianus  
ni eruditio.</sup>  
quoque eadem ratio est: nam sicut ille apud Græcos,  
ita hic apud Latinos nostrorum omnium facile prin-  
ceps iudicādus est. Quid enim hoc uiro doctius? quid  
in diuinis atque humanis rebus exercitatius? Nempe  
omnem philosophiam, & cunctas philosophorum se-  
tas, authores, adsertorēsque sectarum, omnēsque  
eorum disciplinas, omnem historiarum ac studiorum  
uarietatem mira quadam mentis capacitate cōple-  
xus est, ingenio uero nōne tam graui ac uehemen-  
ti excelluit, ut nihil sibi penè ad expugnandum pro-  
posuerit, quod non aut acumine irruperit, aut pon-  
dere eliserit? Iam porro orationis suæ laudes quis  
exequi ualeat? quæ tanta, nescio qua rationum ne-  
cessitate conserta est, ut ad cōsensum sui, quos sua-  
dere nō potuerit, impellat: cuius quot penè uerba, tot  
sententiæ sunt: quot sensus, tot uictoriæ. Sciunt hoc  
Marciones, Apelles, Praxæ, Hermogenes, Iudei, Gē-  
tiles, Gnostici, ceteriq; quorū ille blasphemias mul-  
tis ac magnis uoluminum suorum molibus, uelut

VINCENT. LIRINEN. GALLI

quibusdam fulminibus euertit. Et tamen hic quoque post hæc omnia, hic inquam, Tertulianus catholici dogmatis, id est, uniuersalis ac ueritatem fidei parum tenax, ac disertior multò quam felicior, mutata deinceps sententia fecit ad extremum quod de eo beatu-

Hilarius  
pietatis  
episcopus  
sup Mat.  
thæu ca.,  
nonc. 5.

tus confessor Hylarius quodam loco scribit: Sequenti, inquit, errore detraxit scriptis probabilibus autoritatem. Et fuit ipse quoque in ecclesia magna testimatio. Sed de hoc nolo plura dicere. Hoc tantum cō-

Tertulianus  
nous moria,  
ni somnia  
probat.

memorabo, quod contra Moysi preceptum exurgentes in ecclesia nouellas Mōtani furias, & insana illa insanarum mulierum nouitij dogmatis somnia ueras prophetias adseuerando meruit ut de se quoq; & scripturis suis diceretur: Si surrexerit in medio tui propheta. Et mox: Nō audies uerba prophetæ illius.

Quare? Quia, inquit, tētā uos dominus uester, utrū diligatis eum an non. Iis igitur tot ac tantis, cæteris que eiusmodi ecclesiasticorum exemplorum molibus euidenter aduertere, & secundum Deuteronomij leges, luce clarius intelligere debemus, quod si quando aliquis ecclesiasticus magister à fide aberrauerit, ad tentationem id nostram fieri prouidētia diuina patiatur, utrum diligamus Deum an non in toto corde, & in tota anima nostra. Quæ cū ita sint, ille est ue-

Germanus, & germanus, & catholicus, qui ueritatem Dei, qui ecclesiam, qui Christi corpus diligit, qui diuinæ religioni, qui catholicæ fidei nihil præponit, nō hominis cuiuspiam autoritatem, non amorem, nō ingenium non eloquentiam, nō philosophiam: sed hæc cuncta despiciens, & in fide fixus, stabilis permanēs,

quicquid

Germanus  
Christianus  
quis.

quicquid uniuersaliter antiquitus ecclesiam catholica-  
cam tenuisse cognouerit, id solum sibi tenēdū credē-  
dūmq; decernit. Quicquid uero ab aliquo deinceps  
uno præter omnes, uel contra omnes sanctos nouum  
et inauditum subinduci senserit, id non ad religio-  
nē, sed ad tentationē potius intelligat pertinere. Tū  
præcipue beati apostoli Pauli eruditus eloquiis: hoc  
est enim quod in prima ad Corinthios scribit: Opor-  
tet, inquit, et hæreses esse, ut probati manifesti fiāt in  
uobis. ac si diceret, ob hoc, inquit, hæreses nō statim  
diuinitus eradicātur authores, ut probati manifesti  
fiāt. i. unusquisq; quā tenax, et fidelis, et fixus ca-  
tholicæ fidei sit amator appareat. Et reuera cūm  
quæque nouitas ebilit, statim cernitur frumentorum  
grauitas, et leuitas palearum: tunc sine magno mo-  
limine excutitur ab area, quod nullo pondere intra  
aream tenebatur: Nanque alij ilico prorsus auolāt,  
alii uero tātummodo excusi, et perire metuunt, et  
redire erubescūt, saucii, semineces, ac semiuiui: quip-  
pe qui tantam ueneni hauserint quantitatem, quæ  
nec occidat, nec digeratur: nec mori cogat, nec uiue-  
resinat. Heu miseranda conditio, quantis illi curarū  
æstibus, quantis turbinibus exagitatur? Nūc etenim  
quā uentus impulerit incitato errore rapiuntur: nūc  
in semetipso reuersi tāquam contrarii fluctus reli-  
duntur: nunc temeraria præsumptione, et ea quæ  
incerta uidentur adprobant: nunc irrationali metu  
etiam quæ certa sunt, expauescunt: incerti quā eāt,  
quā redeant, quid adpetant, quid fugiant, quid te-  
neant,

VINCENT. LIRINEN. GALLI

neant, quid dimittant. Quæ quidem dubii & male-  
penduli cordis afflictio diuina erga se miserationis  
est medicina si sapiant. Idcirco etenim extra tutissi-  
mum catholicæ fidei portum diuersis cogitationum  
quatiuntur, uerberatur, ac penè necantur procellis,  
ut excussa in altum elatæ mentis uela deponant, quæ  
malæ nouitatum uentis expanderant, seseq; intra fi-  
diessimam stationem placidae ac bonæ matris reducāt,  
& teneant: atque amaros illos turbulentosq; erro-  
rum fluctus, primitus reuomant, ut possint deinceps  
uiuæ & salientis aquæ fluëta potare. Dediscent be-  
ne quod didicerat non bene, & ex toto ecclesiæ do-  
gmate quod intellectu capi potest, capiant: quod nō  
potest, credat. Quæ cùm ita sint, iterum atque iterū  
eadem mecum reuoluës & reputans, mirari satis ne-  
queo tantam quorundam hominum uesaniam, tantâ  
excæcatæ metis impietatem, tantâ postremò errâdi  
libidinem, ut contenti non sint, tradita & recepta  
semel antiquitus credendi regula, sed noua ac noua  
in diem querant, sempérque aliquid gestiant reli-  
gioni addere, mutare, detrahere: Quia si non cœleste  
dogma sit, quod semel reuelatū esse sufficiat, sed ter-  
rena institutio, quæ aliter perfici nisi assidua emen-  
datione, imò potius reprehensione non posset, cū di-  
uina clament oracula: Ne transferas terminos quos  
posuerunt patres tui. Et: Super iudicantē ne iudices,  
& scindentem sepem mordebit eum serpens. Et illud  
jes trun. Apostolicū, quo omnes omnium hæreses & sceleratæ  
care des. nouitates, uelut quodā spirituali gladio sæpe trucatæ  
semperque

Gladius  
quo hære-  
tes trun-  
care des.  
nouatus.

semperque trūcandæ sunt: O Timothee depositū cu-  
 stodi, deuitans prophanas uocū nouitates, & oppo-  
 sitiones falsi nominis scientiæ, quam quidā promit-  
 tentes, circa fidem exciderunt. Et post hæc inueniū-  
 tur aliqui tanta inueteratæ frontis duritia, tanta im-  
 pudentiæ incude, tam adamantinæ pertinaciæ, qui  
 tantis eloquiorum cœlestium molibus non succubat,  
 tantis ponderibus non fatiscant, tatis malleis nō cō-  
 quassantur, tantis postremò fulminibus nō conterā-  
 tur. Deuita, inquit, prophanas uocum nouitates. Nō  
 dixit antiquitates, non dixit uetustates, imò plane  
 quid econtrariò sequeretur, ostendit. Nam si uitanda  
 est nouitas, tenēda est antiquitas: & si prophana est  
 nouitas, sacrata est uetustas. Et oppositiones, inquit,  
 falsi nominis scientiæ. Verè falsum nomen apud do-  
 ctrinas hæreticorū, ut ignorantia sciætiæ, & caligo  
 serenitatis, & tenebræ luminis appellatiæ furentur.  
 Quā quidā, inquit, promittētes circa fidē exciderūt.  
 Quid promittētes exciderūt, nisi nouā nescio quam  
 ignoratamq; doctrinā? Audias etenim quosdā ipso= Quābene  
 rū dicere: Venite o insipientes & miseri, qui uulgo Lutheræ  
 catholici uocitamini, & discite fidē uerā, quā præ= nos ex.  
 ter nos nullus intelligit, quæ multis antè seculis la-  
 tuit, nuper uero reuelata & ostensa est, sed discite  
 furtim atq; secretim, delectabit enim uos. Et itē: Cūm  
 didiceritis latenter docete, ne mūdus audiat, ne ecclæ  
 sia sciat: paucis nanque concessum est tanti myste-  
 rijs capere secretum. Nōnne hæc uerba sunt illius me-  
 retricis, quæ apud Solomonis Proverbia uocat ad

VINCENT. LIRINEN. GALLI

se prætereuntes uiam, qui dirigunt iter suum: Qui est, inquit, uestrum insipientissimus diuertat ad me. Inopes autem sensu exhortatur, dicēs: Panes occulatos libenter attingite, & aquam dulcem furtim bibite. Quid deinde? At ille, inquit, nescit quomodo terrigenæ apud eam pereant. Qui sunt isti terrigenæ? Exponat Apostolus: Qui circa fidem, inquit, exciderunt. Sed operæ preclsum est totum ipsum Apostoli capitulum diligentius pertractare: O Timothee, inquit, depositum custodi, deuitans prophanas uocum nouitates. O, exclamatio ista & præsciæ est pariter et charitatis. Præuidebat enim futuros quos etiæ prædolebat errores. Quis est hodie Timotheus? nisi uel generaliter uniuersa ecclesia, uel specialiter totum corpus Præpositorum, qui integræ diuini cultus scientiam uel habere ipsi debent uel aliis infundere. Quid est, depositum custodi? Custodi, inquit, propter fures, propter inimicos, ne dormientibus hominibus superseminent zizania, super illud tritici bonum semen, quod seminauerat filius hominis in agro suo. Depositum, inquit, custodi. Quid est depositum? Id est, quod tibi creditum est, non quod à te inuentum: quod accepisti, nō quod excogitasti: rem non ingenii, sed doctrinæ: non usurpationis priuatae, sed publicæ traditionis: rem ad te perductam, non à te prolatam: in qua nō author debes esse sed custos: non institutor sed sectator; non ducens, sed sequens, præditus. Depositum, inquit, custodi catholicæ fidei talentum, studiēdū, inuiolatum, illibatumque conserua. Quod tibi creditum

Declaratur locus  
Pauli ad Timoth.

I. Timo. 6

Talentum  
cuique  
prædictū.

u.

studiēdū.

inuiolatum,

illibatumque

conserua.

Quod tibi cre-

ditum

ditum est, hoc penes te maneat, hoc à te tradatur.  
 Aurum accepisti, aurum redde: nolo mihi pro aliis  
 alia subiicias, nolo pro auro aut impudenter plum-  
 bum, aut fraudulenter æramenta supponas: nolo au-  
 ri speciem, sed naturā planè. O Timothee, o sacer-  
 dos, o tractator, o doctor, si te diuinum munus ido-  
 neum fecerit, ingenio, exercitatione, doctrina spiritu-  
 lis tabernaculi Beselehel, preciosas diuini dogmatis <sup>Exodi 36,</sup>  
 gemmas exculpe, fideliter coapta, adorna sapienter,  
 adiice splendorem, gratiam, uenustatem. Intelligatur  
 te exponente illustrius, quod ante à obscurius crede-  
 batur. Per te posteritas intellectum gratuletur, quod  
 ante uetus non intellectu uenerabatur: eadē tamen  
 quæ didicisti doce, ut cum dicas nouè, non dicas no-  
 ua. Sed forsitan dicit aliquis: Nullus ne ergo in eccl <sup>Nouè non</sup> noua di-  
 sia Christi profectus habebitur religionis? Habeatur cenda.  
 planè & maximus: Nam quis ille est tam inuidus  
 hominibus, tam exosus Deo, qui istud prohibere co-  
 netur? Sed ita tamen, ut uerè profectus sit ille fidei,  
 non permutatio: siquidem ad profectum pertinet, ut  
 in semetipsa una quæque res amplificetur: Ad per-  
 mutationem uero, ut aliquid ex alio in aliud trans-  
 uertatur. Crescat igitur oportet, & multum uehe-  
 menterque proficiat tam singulorum, quam omniū,  
 tam unius hominis, quam totius ecclesiæ etatum ac  
 seculorum gradibus intelligentia, scientia, sapiëtia:  
 sed in suo dūtaxat genere, in eodem scilicet dogma-  
 te, eodem sensu, eademque sententiâ: Imitetur anima-  
 rum religio rationem corporum, quæ licet annorum  
 processu

VINCENT. LIRINEN. GALLI

processu numeros suos euoluant, & explicit, eadem tamen quæ erant permanent. Multum interest inter pueritiae florem, & senectutis maturitatem, sed ipsis fiant senes, qui fuerat adulescentes: ut quamvis unius eiusdemque hominis status habitus que mutetur, una tamen nihilominus eademque natura, una eademque persona sit. Parua lactentium membra, magna iuuenii, eadē ipsa sunt, tamen quot parvolorum artus, tot virorum & si qua illa sunt, quæ æui maturioris ætate pariuntur, iam in seminis ratione proserta sunt, ut nihil nouum postea profatur in senibus, quod non in pueris iam ante latiterit: Vnde non dubium est hanc esse legitimam & rectam proficiendi regulam, hunc ratum atque pulcherrimum crescendi ordinem, si eas semper in grandioribus partes ac formas numerus detexat ætatis, quas in parvulis creatoris sapientia preformatuerat. Quod si humana species in aliquam deinceps non sui generis uertatur effigiem, aut certè addatur quippam membrorum numero, uel detrahatur, necesse est ut totum corpus uel intercidat, uel prodigiosum fiat, uel certè debilitetur: Ita etiam Christianæ religionis dogma, sequatur has decet profectuū leges, ut annis scilicet consolidetur, dilatetur tempore, sublimetur ætate, incorruptum tamen illibatumque permaneat. Et uniuersis partium suarum mensuris, cunctisq; quasi membris ac sensibus proprijs plenum atque perfectum sit, quod nihil praeter permutationis admittat, nulla proprietatis dispensia,

Spendia, nullā definitionis sustineat uarietatē. Exē-  
 pli gratia: Seuerūt maiores nostri antiquitus in hac  
 ecclesiastica segete triticeæ fidei semina, iniquū ual-  
 de & incongruū est, ut nos eorū posteri pro germana  
 ueritate frumēti, subdititiū zizaniæ eligamus er-  
 rorē. Quin potius hoc rectū & cōsequēs est, ut pri-  
 mis atq; extremis sibimet nō discrepātibus, de in cre-  
 mentis triticeæ institutionis, triticei quoq; dogmatis  
 frugē demetamus: ut cū aliquid ex illis seminū pri-  
 mordiis accessu tēporis euoluatur, & nūc lætetur &  
 excolatur: nihil tamen de germinis proprietate mu-  
 tetur: addatur licet species, forma, distinctio, eadem  
 tamen cuiusque generis natura permaneat. Absit  
 etenim, ut rosea illa catholici sensus plātaria incar-  
 duos spināsque uertantur. Absit inquā, ut in isto spī-  
 ritali paradiſo, de cynamomi, & balsami surculis lo-  
 lium repente, atq; aconita proueniant. Quodcunq;  
 igitur in hac ecclesia Dei agriculturā fide patrū sa-  
 tum est, hoc idē filiorū industria decet excolatur, &  
 obseruetur, hoc idē flore, & ate maturescat, hoc idem  
 proficiat & perficiatur. Fas est etenim ut prisca illa  
 cœlestis philosophiae dogmata processu tēporis ex-  
 currentur, limentur, poliantur. Sed nefas est ut cōmu-  
 tentur, nefas ut detruncētur, ut mutilentur. Accipiāt  
 licet euidētiā, lucē, distinctionē, sed retineāt necesse,  
 est plenitudinē, integritatē, proprietatē: Nā si semel  
 admissa fuerit hæc impiæ fraudis licentia, horreo di-  
 cere quantum excindendæ, atque abolendæ religio-  
 nis periculum consequatur: Abdicata etenim qua-  
 libet parte catholici dogmatis, alia quoque atq; itē

alia,

VINCENT. LIRINEN. GALLI

alia, ac deinceps alia & alia iam quasi ex more &  
licito abdicabuntur. Porro autē singulatim partibus  
repudiatis, quid aliud ad extremum sequetur, nisi ut  
totum pariter repudiant? Sed & è contra, si nouitia  
ueteribus, extranea domesticis, & prophana sacra-  
tis admisceri cōperint, proserpat hic mos in uniuer-  
sum necesse est, ut nihil posthac apud ecclesiam re-  
linquatur intactum, nihil illibatum, nihil integrum,  
nihil immaculatum, sed sit ibidem deinceps impiorū  
ac turpium errorum lupanar, ubi erat antea castæ  
& incorruptæ sacrarium ueritatis. Sed auertat hoc  
**Ecclesiæ  
officium.**  
à suorum mentibus nefas diuina pietas, sitque hic  
potius impiorum furor: Christi uero ecclesia sedula  
& cauta depositorum apud se dogmatum custos.  
Nihil in ijs unquam permutat, nihil minuit, nihil  
addit, non amputat necessaria, non adponit su-  
persflua, non amittit sua, non usurpat aliena: sed om-  
ni industria hoc unum studet, ut vetera fideliter sa-  
pienterq; tractando, si qua illa sunt antiquitus infor-  
mata, & inchoata accuret & poliat, si qua iam ex-  
pressa & enucleata, consolidet, firmet: si qua iā con-  
firmata & definita, custodiat. Deniq; quod unquam  
aliud Conciliorum decretis enīsa est, nisi ut quod an-  
tea simpliciter credebatur, hoc idem postea diligen-  
tius crederetur: quod antea lētius prædicabatur, hoc  
idem postea instatius prædicaretur: quod antea se-  
cūrius colebatur, hoc idem postea sollicitius exco-  
leretur. Hoc inquam semper, neque quicquam pr.e-  
terea, hereticorum nouitatibus excitata Conciliorū  
suorum

suorum decretis catholica perfecit ecclesia, nisi ut quod prius à maioribus sola traditione susceperebat, hoc deinde posteris etiā per scripturæ chirographū consignaret: magnam rerum summam paucis literis comprehendēdo & plerunque propter intelligentiæ lucem, non nouum fidei sensum nouę appellationis proprietate signando. Sed ad Apostolum redeamus:

O Thimothee, inquit, depositum custodi, deuitans <sup>1. Tim. 6.</sup> profanas uocum nouitates. Deuita inquit, quasi uioperam, quasi scorpionē, quasi basiliscū, ne te nō solum tactu, sed etiam uisu afflatūq; percutiant. Quid est deuitare? Cum huiusmodi nec cibū sumere. Quid est deuita? Si quis, inquit, uenit ad uos, & hanc doctrinam non adfert. Quam doctrinam, nisi catholica, & uniuersalem? & unam eandemque per singulas & atatu successiones, incorrupta ueritatis traditione manentem, & usq; in secula sine fine māsurā? Quid tum? Nolite, inquit, recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis: qui enim dicit illi aue, cōmunicat operibus eius malignis. Prophanas, inquit, uocū nouitates. Quid est prophanas? Quæ nihil habent sacri, nihil religiosi, ab ecclesiæ penetralibus, quæ est templum Dei, penitus extraneas: Prophanas inquit, <sup>Prophæ  
næ nouis  
tares.</sup> uocum nouitates: Vocab, id est, dogmatum, rerum, sententiarum nouitates, quæ sunt uetus atti, quæ antiquitati contrariæ. Quæ si recipientur, necesse est ut fides beatorum patrū, aut tota, aut certe magna ex parte uiuletur: Necesse est ut omnes omnium & tatum fideles, omnes sancti, omnes casti, continentes virgines,

VINCENT. LIRINEN. GALLI

virgines, omnes Clerici, leuitæ & sacerdotes, tanta  
confessorū milia, tanti martyrum exercitus, tanta  
urbium, tanta populorū celebritas & multitudo, tot  
insulæ, prouinciae, reges, gentes, regna, nationes: to-  
tus postremo iam penè terrarū orbis, per catholica  
fidē Christo capiti incorporat⁹, stāto seculorū tractu  
ignorasse, errasse, blasphemasse, nescisse quid crede-  
ret, pronūcietur. Prophanas, inquit, uocū nouitates  
deuita. Quas recipere atq; sectari nunquā catholi-  
corum, semper uero hæreticorū fuit. Et reuera, que  
unquā hæresis, nisi sub certo nomine, certo loco, cer-  
to tempore ebulliuit? Quis unquam hæreses insti-  
tuit, nisi qui se prius ab ecclesiæ catholicæ uniuersi-  
tatis & antiquitatis confessione disreuererit? Quod  
ita esse luce clarius exempla demonstrant. Quis e-  
nīm unquam ante profanū illum Pelagium tantā uir-  
tutē liberi præsumpsit arbitrii, ut ad hoc in bonis rea-  
bus per actus singulos adiuuandū necessariam Dei  
gratiā non putaret? Quis ante prodigiosum disci-  
pulum eius Celestium, reatu præuariationis Adæ o-  
mne humanū genus denegauit adstrictum? Quis an-  
te sacrilegum Arium, trinitatis unitatem discindere,  
quis ante sceleratum Sabellium, unitatis trinitatem  
cōfundere ausus est? Quis ante crudelissimū Noua-  
tianū, crudelē Deum dixit, eo quod mallet mortem  
morientis, quam ut reuertatur & uiuat? Quis ante  
Magum Simonē, apostolica districione percussum,  
a quo uetus ille turpitudinū gorges usque in nouissi-  
mum Priscilianum continua & occulta successione  
manat?

Sabellius

Nouatia,

nus.

Simon ma-

gus.

Priscilia,

nus.

manavit, autorem malorum, id est, scelerum, impie-  
 tatum, flagitiorumque nostrorum ausus est dicere  
 creatorum Deū? Quippe quem adserit talem homi-  
 num manibus ipsum suis creare naturam, quæ pro-  
 prio quodam motu, & necessariæ cuiusdā uolunta-  
 tis impulsu nihil aliud posſit, nihil aliud uelit, nisi  
 peccare, eò quòd furijs uitiorum omniū exagitata  
 & inflammatā, in omnia turpitudinum bārathra in-  
 exhausta cupiditate rapiatur. Innumera sunt talia,  
 quæ breuitatis studio prætermittimus, quibus tamen  
 cunctis satis euidenter perspicueque monstratur, hoc  
 apud omnes ferè hæreses quasi solenne esse ac legi-  
 tum, ut semper prophanis nouitatibus gaudeant,  
 antiquitatis scita fastidiant, & per oppositiones  
 falsi nominis scientiæ à fide naufragent. Contra ue-  
 rò catholicorum hoc ferè proprium, deposita san-  
 ctorum patrum & commissa seruare, damnare pro-  
 phanas nouitates, & sicut dixit, atque iterum pre-  
 dixit Apostolus: Siquis adnuntiauerit præterquam  
 quod acceptum est, anathema sit. Hic fortasse ali-  
 quis interroget, an & hæretici diuinæ scripturæ te-  
 stimonijs utantur. Utuntur plane, & uehementer  
 quidem, nam uideas eos uolare per singula quæque  
 sanctæ legis uolumina, per Mosi, per Regum li-  
 bros, per Psalmos, per Apostolos, per Euangelia,  
 per Prophetas. Siue enim apud suos, siue alienos:  
 siue priuatim, siue publicè: siue in sermonibus, si-  
 ue in libris: siue in conuiuijs, siue in plateis, nihil  
 unquam penè de suo proferunt, quod non etiam  
 scripture

quo pacto  
 hæretici  
 scripturis  
 utantur.

VINCENT. LIRINEN. GALLI

scripturæ uerbis adumbrare conentur. Lege Pauli  
Samosateni opuscula, Prisiliani, Eunomij, Iouiniani,  
reliquarumq; pestium, cernas infinitam exemplorū  
congeriem, propè nullam omitti paginam, quæ non  
noui aut ueteris Testamēti sententijs fucata & co-  
lorata sit: Sed tanto magis cauendi & pertimescē-  
di sunt, quanto occultius sub diuinæ legis umbra-  
culis latitant: Sciunt enim fœtores suos nulli ferē ci-  
to esse placituros, si nudi & simplices exhalentur,  
atque idcirco eos cœlestis eloquii, uelut quodam a-  
romate aspergunt, ut ille qui humanum facile despī-  
ceret errorem, diuina non facile contemnat oracu-  
la. Itaq; faciunt quodij solent, qui paruulis austera  
quædam temperaturi pocula prius ora melle circu-  
linunt, ut incauta ætas cum dulcedinem præsenserit,

est, Pixi, amaritudinem non reformidet. Quod etiam iis cu-  
des habe/  
ræ est, qui mala gramina & noxios succos medica-  
re phar/  
minum uocabulis præcolorant, ut nemo ferē ubi su-  
maca:

Pharmaca præscriptum leg erit remedium, suspicetur uenenum.

uerō uerū Idem denique & Saluator clamabat: Attendite uo-  
nena.

bis à pseudoprophetis, qui ueniunt ad uos in uestitu  
ouium, ab intus autem sunt lupi rapaces. Quid est ue-  
stitus ouium, nisi prophetarum & apostolorū pro-  
loquia, quæ iidem ouili quadā synceritate agno illi  
immaculato, qui tollit peccatum mundi, tanquā uel-  
lera quædam texuerunt? Qui sunt lupi rapaces, nisi  
sensus hæreticorū feri & rabidi? qui caulas ecclesie  
semper infestant, & gregē Christi quaquā possunt.  
dilacerant. Sed ut fallaciis incautis ouibus obrepāt,

manente

manente luporum ferocia deponunt lupinam speciem,  
& sese diuinæ legis sententiis, uelut quibusdam ueleribus obuoluunt, ut cum quisque lanarum mollicie presenserit, nequaquam aculeos dentium pertimescat. Sed quid ait Saluator? Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Id est, cum coepерint diuinæ illas fructibus cognoscere. non iam proferre tantum, sed etiam exponere, nec adhuc iactare solum, sed etiam interpretari: tunc amaritudo illa, tunc acerbitas, tunc rabies intelligatur, tunc nouitium uirus exhibabitur, tunc prophane nouitates aperiuntur, tunc primum scindi sepem uideas, tunc transferri patrum terminos, tunc catholicæ fidem cedi, tunc ecclesiasticum dogma lacerari. Tales erant iij, quos percutit Apostolus Paulus in secunda ad Corinthios dicens: Nam eiusmodi, inquit, profederant Apostoli, operari subdoli, transfigurant sese in Apostolos Christi. Quid est transfigurantes se in Apostolos Christi? Proferebant Apostoli diuinæ leges exempla, proferebant & illi: Proferebant Apostoli Psalmorum authoritates, proferebant & illi: proferebant Apostoli sententias Prophetarum, & illi nihilominus proferebant. Sed cum ea quæ similiiter protulerant, interpretari non similiter coepissent, tunc simplices à subdolis, tunc infucati à fucatis, tunc recti à peruersis: tunc postremo ueri Apostoli à falsis Apostolis discernebantur. Et non mirum, inquit, ipse enim Sathanas transfigurat se in angelum lucis. Non est ergo magnum, si ministri eius transfigurantur sicut ministri iusticie: Ergo secundum Apostoli

D  
stoli

2. Cor. 11.

VINCENT. LIRINEN. GALLI

stoli Pauli magisterium, quotiescumq; uel Pseudoa= postoli, uel Pseudoprophetae, uel Pseudodoctores diuinæ legis sententias proferūt, quibus malè interpre= tatis errores suos adstruere conentur: nō dubiū est,

Pallendi via facilis.  
lima.

quæ ille nunquam profectò comminisceretur, nisi sci= ret omnino nullam esse ad fallendum faciliorem uiā,

quād ut ubi nefarij erroris subinducitur fraudulen=

tia, ibi diuinorum uerborū prætendatur authoritas.

Sed dicet aliquis: Vnde probatur quod sacræ legis

exemplis diabolus uti soleat? Legat Euangelia, in

quibus scribitur: Tunc assumpsit illū diabolus, id est,

dominum Salvatorem: & statuit illū supra pinnā tem=

pli, & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum, scri=

ptum est enim, quod angelis suis mandauit de te, ut

custodian te in omnibus uis tuis: In manibus tollent

te, ne forte offendas ad lapidē pedem tuum. Quid hic

faciet misellis hominibus, qui ipsum dominū maiestas=

scripturarū testimoniis adpetiuit? si, inquit, filius

Dei es, mitte te deorsum. Quare? scriptū est enī, in=

quit. Magnopere nobis doctrina loci istius atten=

denda atq; retinenda est, ut tanto euangelicæ autho=

ritatis exemplo, quādo aliquos apostolica, seu pro=

phetica uerba proferre cōtra catholicam fidē uide=

rimus, diaboli per eos loqui minimè dubitemus: Nā

sicut tunc caput capitii, ita nunc quoque mēbra mē=

bris loquuntur: membra scilicet diaboli mēbris Chri=

sti: perfidi fidelibus: sacrilegi religiosis: hæretici po=

stremo catholicis. Sed quid tandem dicit? Si, inquit,

filius

filius Dei es, mitte te deorsum. Hoc est, filius esse uis  
 Dei, & hæreditatē regni cœlestis accipere, mitte te  
 deorsum, id est, ex istius te sublimis ecclesiæ, quæ etiā  
 tēplū Dei putatur, doctrina & traditione demitte.  
 Ac si quis interroget quempiam hæreticorū sibi ta-  
 lia persuadētēm, unde probas? unde doces, quod ec-  
 clesiæ catholicæ uniuersalem & antiquam fidem di-  
 mittere debeam? Statim ille: Scriptū est enim. Et cō-  
 tinuò mille testimonia, mille exempla, mille authori-  
 tates parat, de Lege, de Psalmis, de Apostolis, de  
 Prophetis, quibus nouo & malo more interpretatis  
 ex arce catholicæ in hæreses barathrum infelix a= nima p̄cipitetur. Nam uero illis quæ sequuntur pro-  
 missionibus miro modo incertos homines hæretici  
 decipere cōsuerūt: Audet etenim polliceri, & doce-  
 re, quod ecclesia sua, id est, in cōmunionis suæ cōuen-  
 ticulo magna & specialis ac planè personalis quæ-  
 dā sit dei gratia, adeò ut sine ullo labore, sine ullo stu-  
 dio, sine ulla industria, etiā si nec petat, nec querat,  
 nec pulsent, quicūq; illi ad numerū suū pertinēt: ta= mē ita diuinitus disp̄sentur, ut angelicis euecli manū pedem ad  
 bus, id est, angelica p̄tectione seruati, nū quā possint lapidem  
 offendere ad lapidē pedē suum, id est, nunquā scan-  
 dalizari. Sed dicit aliquis: si diuinis eloquitis, senten-  
 tiis, promissionibus, & diabolus & discipuli eius u= tuntur, quorum alii sunt Pseudoapostoli, alii Pseu-  
 doprophetæ & Pseudomagistri, & omnes ex to= to hæretici, quid facient catholicī homines, &  
 matris ecclesiæ filii? quónam modo in scripturis

D 2 sanctis

VINCENT. LIRINEN. GALLI

sanctis ueritatem à falsitate discernent? Hoc scilicet facere magnoperè curabunt, quod in principio Com monitorij istius sanctos & doctos uiros tradidisse nobis, scripsimus, ut diuinum canonem secundum uniuersalis ecclesiæ traditiones, & iuxta catholici dogmatis regulas interpretentur, in qua item catholice & apostoliceq; ecclesiæ sequantur necesse est uniuersitatem, antiquitatem, consensionem. Et si quando pars contra uniueritatem, nouitas contra uetus statem, unius uel paucorum errantium dissensio contra omnium, uel certè multo plurium catholicorum consensionem rebellauerit, præfer potiores, corruptioni uniueritatis integratam: in qua eadem uniueritate nouitatis prophanitati, antiquitatis religionem, Itémque in ipsa uetus state unius sive paucissimorum temeritati primum omnium generalia, si qua sunt uniuersalis Concilij decreta præponant, tunc deinde si id minus est, sequantur quod proximum est, multorum atque magnorum consentientes sibi sententias magistrorum, quibus adiuuāte domino fideliter, sobriè, sollicitè obseruatis, non magna difficultate noxios quoque exurgētium hæreticorum deprehēdemus errores. Hic iam consequens esse uitetur hæres, deo, ut exemplis demonstrem, quónam modo prophanae hæreticorum nouitates, prolatis atque collatis ueterum magistrorū concordantibus sibimet sententiis, & deprehendantur & condemnentur, quæ tamen antiqua sanctorum patrum consensio, non in omnibus diuinæ legis questiunculis, sed solum certè

præci-

Quō de,  
prehēdū,  
tur hære,  
ses.

precipue in fidei regula magno nobis studio & inuestiganda est, & sequenda. Sed neq; semper, neque omnes hæreses hoc modo impugnandæ sunt, sed nouitie recentesque tantummodo, cum primum scilicet exoriuntur, antequam infalsarint uelut & fidei regulas, ipsius temporis uentur angustijs, ac priusquam manante latius ueneno maiorū uolumina uitare co[n]natur: Ceterum dilatatae & inueteratae hæreses nequaquam hac uia adgrediendæ sunt, eò quod prolixo temporum tractu, longa ijs furandæ ueritatis patuerit occasio. Atque ideo quascunq; illas antiquiores, uel schismatum uel hæreses conprophanitatis, nullo modo nos oportet, nisi aut sola, si opus est, scripturarū authoritate concinere, aut certè iam antiquitus universalibus sacerdotiū catholicorum Conciliis conuictas damnatasque uitare. Itaq; cum primum mali cuiusque erroris putredo erumpere cœperit, & ad defensionem sui quædam sacræ legis uerba furari, eaque fallaciter & fraudulenter exponere, statim interpretando canonii maiorū sententiæ congregandas sunt, quibus illud quodcunque exurget nouitium, ideoque prophani, & absque ulla ambage prodatur: & sine ulla retractatione damnetur. Sed eorum duntaxat patrum sententiæ conferendas sunt, qui in fide & communione catholicæ sancte, sapientie, constanter uiuentes, docentes & permanentes, uel mori in Christo fideliter, uel occidi pro Christo feliciter meruerunt. Quibus tamē hac lege credēdū est, ut quicquid uel omnes uel plures uno eodemq; sensu

D 3 manifeste,

VINCENT. LIRINEN.GALLI

manifeste, frequenter, perseveranter, uelut quodē cōsen-  
tiente sibi magistrorū Concilio, accipiendo, tenēdo,  
tradendo firmauerint, id pro iudicato, certo ratō-  
que habeatur: Quicquid uero, quamuis ille sanctus  
et doctus, quamuis episcopus, quamvis Confessor et  
martyr, preter omnes, aut etiā contra omnes sen-  
serit, id inter proprias et occultas et priuatas opi-  
niunculas à cōmunis et publicae, generalis sententiæ  
authoritate secretū sit, nec cū summo æternæ salutis  
periculo, iuxta sacrilegā hæreticorū et schismatico-  
rū cōsuetudinē uniuersalis dogmatis antiqua uerita-  
te dimissa, unius hominis nouitiū sc̄temur errorem.

Quorū beatorū patrū sanctū catholicūq; cōsensum  
ne quis sibi temere cōtenēdū forte arbitretur, ait i pri-  
ma ad Corīthios Apostolus: Et quosdā quidē posuit  
<sup>Tractato-</sup> deus in ecclesia, primū Apostolos: Quorū ipse unus  
erat: Secūdo Prophetas: qualē in actibus Apostolo-  
rū legimus Agabū: Tertio doctores, qui tractatores  
nunc appellantur, quos hic idem Apostolus etiam  
Prophetas interdum nuncupat, eo quod per eos Pro-  
phetarum mysteria populis aperiantur. Hos ergo in  
ecclesia Dei diuinitus per tempora et loca dispen-  
satos, quisquis in sensu catholici dogmatis unum a-  
liquid in Christo sentientes contempserit, non homi-  
nē contemnit, sed Deum, à quorum ueridica unitate  
ne quis discrepet, impensis obtestatur idem Aposto-  
lus dicens: Obsecro autem uos Fratres, ut idipsum  
dicatis omnes, et nō sint in uobis schismata, sitis au-  
tem perfecti in eodem sensu, et in eadem sententia.

Quod

Quod si quis ab eorum sententiae cōmunione descivit, audiet illud eiusdem Apostoli: Non est Deus dissentionis, sed pacis. Id est, non eius, qui à consentiendi unitate defecerit, sed eorū qui in consentiendi pace permanserint. Sicut in omnibus inquit, ecclesiis sanctorum doceo, id est, catholicorum, quæ ideo sanctæ sunt, quia in fidei communione persistunt. Et ne quis forsitan prætermis ceteris, se solum audiri, sibi soli credi arrogaret, paulo post ait: An à uobis inquit, uerbum dei processit, aut in uos solos deuenit? Et ne hoc quasi perfunctoriè acciperetur, adiecit. Si quis inquit, uidetur Propheta esse aut spiritalis, cognoscat quæ scribo uobis, quia domini sunt mādata, quæ utique mandata, nisi, ut si quis est Propheta, aut spiritualis, id est, spiritualium rerum magister, summo studio & qualitatis & unitatis cultor existat, ut scilicet neque opiniones suas ceteris præferat, & ab uniuersorum sensibus non recedat. Cuius rei mandata qui ignorat, inquit, ignorabitur, id est, qui aut nescita non dicit, aut scita contemnit, ignorabitur, hoc est, indignus habebitur qui inter unitos fidei & exæquatos humilitate diuinitus respiciatur: quo malo nescio an quicquam acerbius cogitari queat. Quod tamen iuxta Apostolicam communionem Pelagiano illi prouenisse cernimus Iuliano, qui se collegarum sensui aut talianus, incorporare neglexit, aut excorporare præ = Pelagianus. sumpsit. Sed iam tempus est ut pollicitum pro = nus. feramus exemplum, ubi & quomodo sanctorum

D 4 patrum

VINCENT. LIRINEN.GALLI

patrum sententiæ congregatæ sint, ut secundum eas ex decreto atq; authoritate cōcilii, ecclesiasticæ fidei regula figeretur. Quod quò commodius fiat, hic sit iam huius Cōmonitorii modus, ut cætera quæ se=quuntur ab alio sumamus exordio.

Secundum Commonitoriu interlapsum est, neque ex eo amplius quicquam, quam postrema particula remāsit, id est, sola recapitulatio, quæ & subiecta est.

**Q** V AE cūm ita sint, iam tempus est ut ea quæ duobus iis Cōmonitoriis dicta sunt, in huius secūdi fine recapitulemus. Diximus in superioribus hanc fuisse semper & esse hodièq; catholicorum consuetudinē, ut fidem Fidei christi uerā duobus iis modis adprobēt. Primum diuini ca-  
sianæ & nonis authoritate: deinde ecclesiæ catholicæ tradicio-  
ne: non quia canon solus non sibi ad uniuersa suf-  
ficiat, sed quia uerba diuina pro suo plerique arbi-  
tratu interpretantes, uarias opiniones errorēsque  
concipiant. Atque ideo necesse sit, ut ad unam ec-  
clesiastici sensus regulam scripturæ cœlestis intel-  
ligentia dirigatur: in iis duntaxat præcipue quæ-  
stionibus, quibus totius catholici dogmatis funda-  
menta nituntur. Item diximus, in ipsa rursus ec-  
clesia uniuersitatis pariter & antiquitatis consen-  
tionem spectari oportere, ne aut ab unitatis integri-  
tate in partē schismatis abrūpamur, aut è uetus-  
tis religione in hæresēn nouitates præcipitemur.  
Item diximus, in ipsa ecclesiæ uetusitate duo quædā  
uolumen=

uehemēter studioseq; obseruanda, quibus penitus in=  
 h̄erere deberent quicunque h̄eretici esse nolint: pri=  
 mū si quid esset antiquitus ab omnibus ecclesiæ ca=  
 tholicæ sacerdotibus uniuersalis Cōciliū authoritate  
 decretū. Deinde si qua noua exurgeret quæstio, ubi  
 id minimè reperiretur, recurrendū ad sanctorū pa=  
 trum sententias, eorū duntaxat, qui suis quique tē=  
 poribus & locis in unitate cōmunionis & fidei per=  
 manentes, magistri probabiles extitissent. Et quic=  
 quid uno sensu atque consensu tenuisse inueniretur,  
 id ecclesiæ uerum & catholicū absq; ullo scrupulo  
 iudicaretur. Quod ne præsumptione magis nostra  
 q̄ authoritate ecclesiastica promere uideremur, ex=  
 emplum adhibuimus sancti Concilii, quod ante triē=  
 nium fermè in Asia apud Ephesum celebratum est,  
 uiris clarissimis Basso Antiochoq; Consulibus. Vbi Cōciliū  
 cūm de sanciēdis fidei regulis disceptaretur, ne qua Ephesiā.  
 illic forsitan prophana nouitas in modū perfidiæ A=  
 riminensis obreperet, uniuersis sacerdotibus, qui illō  
 ducenti serè numero cōuenerant, hoc catholicissimū,  
 fidelissimū, atq; optimū factu uisum est, ut in mediū  
 sanctorū patrū sententiæ proferrentur, quorū alios  
 martyres, alios Confessores, omnes uero catholicos  
 sacerdotes fuisse, & permansiſſe constaret: ut scili=  
 cet ritè atque solenniter ex eorum consensu atq; de=  
 creto antiqui dogmatis religio confirmaretur, &  
 prophanae nouitatis blasphemia condemnaretur.  
 Quod cūm ita factum foret, iure meritō que impius  
 ille Nestorius, catholicæ uetus stati contrarius: beatue  
     uerd

VINCENT. LIRINEN. GALLI

uerò Cyrillus sacrosanctæ antiquitati consentaneus iudicatus est. Et ut ad fidem rerum nihil deesset, etiam nomina & numerum, licet ordinem fuissimus oblii, edidimus eorum patrum iuxta quorum ordinem ibidem cōcinentē sibi cōcordēmq; sententiā, & legis sacre proloquia exposita sunt, & diuini dogmatis regula constabilita est: Quos ad cōfirmandam memoriā hīc quoque recēsere nequaquā superfluum est. Sūt ergo iū uiri, quorū in illo Cōcilio, uel tanquā iudiciū, uel tanquā testiū scripta recitata sunt. Sāctus

Petrus Alexāndrinus Episcopus, doctor prēstantissimus & martyr beatissimus: Sāctus Athanasius eiusdē ciuitatis antistes, magister fidelissimus & confessor eminētissimus. Sanctus Theophilus eiusdē itē urbis episcopus, uir fide, uita, scientia satis clarus: cui successit uenerālus Cyrillus, qui nūc Alexandrinam illustrat ecclesiā. Et ne forsitā unius ciuitatis ac prouinciae doctrina hēc putaretur, exhibita sunt etiam illa Capadociæ lumina, sanctus Gregorius Episcopus & Cōfessor de Nazando, uel Nazanzo.

Sāctus Basilus Cesareæ Capadociæ episcopus & cōfessor. Sanctus item alter Gregorius Nyssenus episcopus, si dei, conuersationis, integritatis & sapientiae merito fratre Basilio dignissimus. Sed ne sola gratia aut orientatum, uerū etiam occidentalis & latinus orbis ita semper sensisse ad probaretur, lecte sunt quoque ibi quædam ad quosdam Epistolæ sancti Felicis martyris, & sancti Iulij urbis Romæ Episcoporum. Et ut non solum caput orbis uerum etiam latera illi iudicia

iudicio testimonium perhiberent, adhibitus est à me-  
ridie beatissimus Cyprianus episcopus Carthagi-  
nensis & martyr. A septentrione, sanctus Ambro-  
sius Mediolanensis Episcopus. iij sunt igitur omnes  
apud Ephesum sacrato decalogi numero magistri,  
consiliarij, testes iudicésque producti quorum bea-  
ta illa Synodus doctrinam tenens, consilium sequēs,  
credens testimonio, obediens iudicio, absque tædio,  
præsumptione, & gratia de fidei regulis pronun-  
tiavit. Quāquam multò amplior maiorum numerus  
adhiberi potuerit, sed necesse nō fuit: quia neq; mul-  
titudine testium negotij tempora occupari oportē-  
bat, & decem illos non aliud fere sensisse, quām cæ-  
teros omnes collegas suos nemo dubitabat. Post quæ  
omnia adiecimus etiam beatam Cyrilli sententiam,  
quæ gestis ipsis ecclesiasticis continetur: Nanque  
cum lecta esset sancti Capreoli Episcopi Carthagi-  
nensis Epistola, qui nihil aliud intendebat, & pre-  
cabatur, nisi ut expugnata nouitate, antiquitas de-  
fenderetur, ita episcopus Cyrillus prolocutus est,  
& definiuit: quod hic quoque interponere non ab  
re uidetur: ait enim in fine gestorum: Et hæc, inquit,  
quæ lecta est Epistola, uenerandi & multi reli-  
giosi Episcopi Carthaginensis Capreoli fidei gesto-  
rum inseretur, cuius aperta sententia est: uult e-  
nim antique fidei dogmata confirmari: nouitia ue-  
rō & superflue adiuenta, & impie promulgata  
reprobari atque damnari: Omnes Episcopi adcla-  
mauerunt, hæc omnium uoces sunt, hæc omnes

dicimus,

Capreol  
lus.

VINCENT. LIRINEN. GALLI

dicimus, hoc omnium uotū est. Quæ tandem omnium uoces, atque omnium uota, nisi ut quod erat antiquitus traditum teneretur? quod adinuentum nuper, exploderetur? Post quæ admirati sumus & prædicauimus quanta Conciliij illius fuerit humilitas & sanctitas, & tot numero sacerdotes, penè ex maiore parte metropolitani, tantæ eruditionis, tantæque doctrinæ, ut propè omnes possint de dogmatibus disputatione: Quibus propterea ipsa in unum congregatio audendi à se aliquid & statuēdi addere uideretur fiduciam, nihil tamen nouarent: nihil præsumerent: nihil sibi penitus arrogarent, sed omnimodis præcauerent, ne aliquid posteris traderent, quod ipsi à partibus non accepissent. Et nō solum in præsenti rem bene disponerent, uerùm etiam post futuris exempla præberent, ut & ipsi scilicet, sacra & uetus tatis dogmata colerent: prophanae uero nouitatis adinuenta damnarent. Inuecti sumus etiam in Nestorijs sceleratam præsumptionem, quod sacram scripturam se prium & solum intelligere, & omnes eos ignorasse iactaret, quicunque ante se magisterii munere prædicti diuina eloquia tractauissent: uniuersos scilicet sacerdotes, uniuersos Cœssores & martyres, quorum alii explanassent Dei legem, alii uero explanatis consensissent, uel credidissent. Totam postremò etiam nunc errare, & semper errasse adseueraret ecclesiam, quæ, ut ipsi uidebatur, ignaros, erroneousq; doctores & secuta esset, & sequeretur. Quæ omnia licet cumulatè abundeque sufficerent ad prophanas

phanas quasque nouitates obruendas & extingue= das, tamen ne quid deesse tante plenitudini uidere= tur, ad extremū adiiciemus geminam apostolicæ se= dis authoritatem, unam scilicet sancti papæ Xisti, qui nunc Romanam ecclesiam uenerandus illustrat: <sup>Xistus.</sup>  
 alterā decessoris sui beatæ memorie papæ Celestini, quā hic quoq; interponere necessariū iudicauimus:  
 Ait itaq; sanctus papa Xistus in epistola, quam de causa Nestorii Antiocheno misit Episcopo: Ergo, inquit, quia sicut ait Apost. Fides una est, quæ eui= denter obtinuit dicēda, credamus. & tenēda creda= mus, Tandē illa credenda & dicēda prosequitur, &  
 ait: Nihil ultra, inquit, liceat nouitati, quia nihil addi conuenit uerustati: Per spicula maiorū fides & credu= litas nulla cœni permixtione turbetur. Omnino apo= stolicè, ut maiorū credulitatem perspicuitatis lumine ornaret, nouitias uero prophanitates cœni pmixtio= ne describeret. Sed & sanctus papa Celestinus, pari modo eadēmq; sententia: Ait enim in epistola, quam Gallorū sacerdotibus misit, arguēs eorū cōniuentiā, quod antiquā fidē silētio destituētes, prophanas nou= itates exurgere paterentur: Merito, inquit, causa nos respicit, si silētio soueamus errorem. Ergo corri= piatur huiusmodi, nō sit iis liberū habere pro uolun= tate sermonem. Hic aliquis fortasse addubitet, qui nā <sup>Celestius</sup> Liberū nō  
 sint illi, quos habere prohibeat liberū pro uolunta= sit omnia te sermonē, uerustatis prædicatores, an nouitatis ad= loqui.  
 inuentores. Ipse dicat, & dubitationē legentium ipse dissoluat. Sequitur enim: Definat, inquit, si ita res est:  
 id est,

VINCENT. LIRINEN. GALLI

id est, si ita est, ut apud me quidam urbes & prouincias uestras criminantur; quod eas quibusdam nouitatibus cōsentire noxia dissimulatione faciatis. Desinat itaq; inquit, si ita res est, incessere nouitas uestastem. Ergo hæc fuit beati Celestini beata sententia, non ut uetusas cessaret obruere nouitatem, sed potius nouitas desineret incessere uestastem. Quibus apostolicis catholicisq; decretis quisquis refragatur, insultet primum omnium necesse est memoriae sancti Celestini, qui statuit ut desineret incessere nouitas uestastem: deinde irrideat definita sancti Xisti, qui censuit ne ultra quicquā liceat nouitati: quia nihil addi conuenit uestasti: sed ex beati Cyrilli statuta contemnat, qui uenerandi Capreoli zelum magna prædicatione laudauit, quod antiqua fidei dogmata confirmari cuperet: nouitia uero adiuuanta damnari. Ephesinam quoque Synodus, id est, totius penè Orientis sanctorum Episcoporum iudicata proculceret, quibus diuinitus placuit nihil aliud posteris credendum decernere, nisi quod sacra sibique in Christo consentiens sanctorum patrum tenuisset antiquitas, quiq; etiam uociferantes & acclamantes, uno ore testificati sunt, has esse omnium uoces, hoc omnes optare, hoc omnes censere: ut sicut universi ferè ante Nestorium hæretici contemnentes uestastem, & adserentes nouitatem damnati forent, ita ipse quoque Nestorius author nouitatis & impugnator uestastis condemnaretur. Quorum sacro sancta & cœlestis gratiae munere inspirata consensio

sensio cui displicet, quid aliud sequitur, nisi ut prophanitatem Nestorii adserat nō iure damnatam? Ad extremum quoque uniuersam Christi ecclesiam, & magistros eius Apostolos & prophetas, p̄cipue que tamen beatum Apostolum Paulum, uelut quædā purgamenta contemnat: illam, quod à religione collende & excolendæ semel sibi traditæ fidei, nū quam recesserit: Illum uero, qui scripsiterit: O Timothee depositum custodi, deuitans prophanas uocum nouitates. Et item: Si quis uobis adnuntiauerit præterquam quod accepistis, anathema sit. Quod si neque apostolica definita, neque ecclesiastica decreta temeraria sunt, quibus secundum sacrosanctam uniuersitatis & antiquitatis consensionem cuncti semper haeretici, & ad extremum Pelagius, Celestius, Nestorius iure meritóque damnati sunt, necesse est profecto omnibus deinceps catholicis, qui se se ecclesie matris legitimos filios probare student, ut sanctæ sanctorum patrum fidei inhæreant, adglutinent, immoriantur: prophanas uero prophanorum nouitates detestentur, horrescat, insectentur, persequatur. Hæc sunt ferè quæ duabus Commonitoris latius disserta, aliquanto nunc breuius recapitulandi lege constricta sunt, ut memoria mea, cui adminiculanda ista confecimus, & commonendi assiduitate reparetur, & prolixitatis fastidio non obruatur.

VINCENTII LIRINENSIS

Galli finis.

*Calixtus*

*Prognosticus ad*

*Vincent. Linenf.*

Q. SEPTIMII FLORENTIS

TERTVLLIANI DE PRAE SCRIPT.

aduersus hæreticos, Lib.

P 27

Onditio præsentium temporum etiā  
hanc admonitionem prouocat no= stram, non oportere nos mirari super  
hæreses istas, siue quia sunt: futuræ e= nim prænunciabantur, siue quia fidē  
quorundam subuertunt: ad hoc enim sunt, ut fides  
habendo tentationem, haberet etiam probationem.  
Vanè ergo & inconsideratè plerique hoc ipso scā= dalizantur, quod tantum hæreses ualeant, quantum  
si non fuissent: cùm quod sortitum est omni modo sit,  
sicut causam accipit ob quam sit, sic uim consequia= tur per quam sit: nec esse non possit. Febrem deniq;  
inter ceteros mortiferos & cruciarios exitus ero= gando homini deputatam, neque quia est miramur:  
est enim, neque quia erogat hominē, ad hoc enim est.  
Proinde, hæreses ad languorem & interitum fidei  
productas, si expauescimus hoc eas posse, prius est  
ut expauescamus hoc eas esse, quæ dum sunt, habent  
posse: & dum possunt, habent esse. Sed enim febrem  
ut malum, & de causa & de potentia sua, ut notum  
est, abominamur potius quam miramur, & quantū  
in nobis est precauemus, non habentes abolitionem  
eius in nostra potestate. Hæreses uero mortem eter= nam, & maioris ignis ardorem inferenteis, malunt  
quidam

quidam mirari quod hoc possint, quam deuitare ne possint: cum habeant deuitandi potestatem. Ceterum nihil ualebunt, si illas tantum ualere non mirentur. Aut enim dum mirantur, in scandalum subministratur: aut quia scandalizantur, ideo mirantur quod tantum ualeant, quasi ex aliqua ueritate ueniant. Mirum scilicet ut malum uires suas habeat: nisi quod hereses apud eos multum ualeat, qui in fide non ualeat. In pugna pugilum & gladiorum, plerunque non quia fortis est, uincit quis, aut quia non potest uinci: sed quoniam torcs. ille qui uictus est, nullis uiribus fuit: adeo idem ille uictor bene ualenti postea comparatus, etiam superatus recedit. Non aliter hereses de quorundam infirmatibus habent, quod ualent, nihil ualentes si in bene ualentem fidem incurvant. Solent quidem isti Miriones etiam de quibusdam personis ab heresi captis, & discari in ruinam. Quare illa uel ille fidelissimi, & prudentissimi, & usitatissimi in ecclesia, in illam partem transierunt? Quis hoc dicens, non ipse sibi respondit: neque prudentes, neque fideles, neque usitatos estimandos, quos hereses potuerint demutare? Et hoc mirum (opinor) ut probatus aliquis retro, postea excidat? Saul bonus praeceteris, liuore postea euertitur. David uir bonus secundum cor domini, postea cædis & stupri reus est. Salomon omnè gratia & sapientia donatus a domino, ad idolatriam a mulieribus inducitur. Soli enim Dei filio seruabatur sine delicto permanere. Quid ergo si episcopus, si diaconus, si uidua, si uirgo, si doctor, si etiam

Pugiles  
Gladias

Miriones

E                      martyr

Q. SEPT. FLOR. TERTVL.

martyr lapsus à regula fuerit: ideo hæreses ueritatē  
uidebūtur obtinere? Ex personis probamus fidem, an  
ex fide personas? Nemo sapiens est, nemo fidelis, ne-  
mo maior nisi Christianus. Nemo autē Christianus,  
nisi qui ad finē usq; perseverauerit. Tu ut homo, ex-  
trinsecus unū quenq; nosti: putas quod uides. Vides  
autē quousq; oculos habes: Sed oculi, inquit, domini  
alti. Homo in facie, Deus in p̄cordia cōtemplatur.  
Et ideo cognoscit dominus qui sunt eius: & plātam  
quā nō plantauit, eradicat: & de primis nouissimos  
ostendit: & uētilabru in manu portat ad purgādam  
areā suā. Auolēt quantū uolūt paleæ leuis fidei, quo  
eunq; ad flatu tentationū, eò purior massa frumenti

Discentes in horrea domini reponetur. Nōnne ab ipso domino  
quidā discentiū scandalizati diuerterūt? nec tamen  
proptereā, cæteri quoq; discedēdū à uestigiis eius pu-  
tauerūt: sed qui scierūt illū uitæ esse uerbū, & à deo  
uenisse, perseverauerūt in comitatu eius usq; ad finē,  
cū illis si uellent & ipsis discedere placidē obtulisset.  
Minus est si & apostolum eius, aliqui Phygelus, &  
Hermogenes, & Philetus, et Hymenæus, reliquerūt:  
ipse traditor Christi de apostolis fuit. Miranur de ec-  
clesiis eius, si à quibusdam deseruntur, cūm ea nos os-  
tendūt Christianos quæ patimur, ad exēplū ipsius  
Christi. Ex nobis, inquit, prodierūt, sed nō fuerūt ex  
nobis. Si fuissent ex nobis, permanessent utiq; nobis-  
cū. Quin potius memores simus tā dominicarū pro-  
nunciationū, quām apostolicarū literarū, quæ nobis  
& futuras hæreses prænunciauerunt, & fugiendas  
præfinierunt:

Dominis,  
& pro-  
nuncia-  
tiones.

Aposto-  
licæ lite-  
rae.

præsumierūt: ut sicut esse illas non expauescimus, ita  
 & posse id propter quod fugiēdæ sunt, nō miremur.  
 Instruit dominus multos esse uenturos sub pellibus  
 ouīū, rapaces lupos. Quæ nam istæ sunt pelles ouīū,  
 nisi nominis Christiani extrinsecus superficies? Qui  
 lupi rapaces, nisi sensus & spiritus subdoli, ad infe-  
 standū gregē Christi intrinsecus delitescentes? Qui  
 pseudoprophetæ sunt, nisi falsi prædicatores? Qui  
 pseudoapostoli, nisi adulteri euangelizatores? Qui  
 antichristi interim & semper, nisi Christi rebelles?  
 Hoc erunt hæreses nō minus doctrinarū peruersitatē  
 te ecclesiā lacescentes, quam tūc antichristus persen-  
 cutionum atrocitate persequetur: nisi quod persecu-  
 tio & martyres facit, hæreses apostas tātū. Et ideo  
 hæreses quoq; oportebat esse, ut probabiles quique  
 manifestaretur: tam qui in persecutionibus steterint,  
 quam qui ad hæreses nō exorbitauerint. Neq; enim  
 eos probatos intelligi iubet, qui in hæresim fidē de-  
 mutant. Sicut ex diuerso sibi interpretantur, quia  
 dixit alibi: Omnia ex aminate, quod bonū est tenete.  
 Quasi nō liceat omnibus male examinatis, iniectione  
 alicuius mali impīgere p errorē. Porrò si dissensioēs  
 & schismata increpat, quæ sine dubio mala sunt, &  
 in cōtinēti hæreses subiūgit, quod malis adiūgit ma-  
 lū utiq; profitetur, & quidē maius, cū idē credidisse  
 se dicat, de schismatibus & dissensionibus, q; sciret  
 etiā hæreses oportere esse. Ostendit enim grauioris  
 mali despectu de leuiorib; se facile credidisse: certe  
 non ut ideo de malis crediderit, quia hæreses bonas

B 2 essent:

Q. SEPT. FLOR. TERTVL.

essent, sed uti de peioris quoque notæ tentationibus  
præmoneret non esse mirandum, quas ediceret ten-  
dere ad probables quosque manifestados, scilicet  
quos non potuerint deprauare. Denique si totū ca-  
pitulum ad unitatem continendam, & separationes  
coercendas sapit: hæreses uero non minus ab unita-  
te diuellunt, quam schismata & dissensiones, sine  
dubio & hæreses in ea conditione reprehensionis cō-  
stituit, in qua schismata & dissensiones. Ac per hoc  
non eos probables facit, qui in hæreses diuenterint,  
cum maximè diuerti ad eiusmodi obiurgans, & do-  
cens unum omnes loqui, & ipsum sapere: quod etiā  
hæreses non sinunt. Nec diutius de isto, † si idem  
& Paulus, q & alibi hæreses inter carnalia crimina  
enumerat, scribens ad Galatas: & qui Tito sugge-  
rit, hominem hæreticum post primam correptionem  
recusandum, quod peruersus sit eiusmodi & delin-  
quat, ut a semetipso damnatus. Sed & in omni pe-  
nè epistola de adulterinis doctrinis fugiendis incal-  
cans, hæreses taxat: quarū opera sunt adulteræ do-  
ctrinæ, hæreses dictæ Græca uoce ex interpretatio-  
ne electionis: qua quis siue ad instituendas, siue ad  
suscipiendas eas utitur. Ideo & sibi damnatum di-  
xit hæreticum: quia & in quo damnatur, sibi elegit.  
Nobis uero nihil ex nostro arbitrio indulgere licet,  
sed nec eligere quod aliquis de arbitrio suo induxe-  
rit. Apostolos domini habemus authores, qui nec ip-  
si quicquam ex suo arbitrio, quod inducerent, elege-  
rūt: sed acceptā à Christo disciplinam fideliter Na-  
tionibus

Fortè, si  
idem est  
Paulus.

Hæreses

Apostoli.

tionibus adsignauerunt. Itaq; etiā si angelus de cœlis aliter euāgelizaret, anathema diceretur à nobis. Prouiderat iā tūc spiritus sanctus futurū in uirgine quadā Philumene angelū seductionis, transfigurantē se in angelū lucis: cuius signis & præstigiis Apelles inductus, nouam hæresim induxit. Hæ sunt doctrinæ hominū & dæmoniorū, prurientibus auribus natæ, de ingenio sapietiæ secularis, quā dominus stultitiam vocans, stulta mūdi confusione etiam philosophia ipsius elegit. Ea est enim materia sapietiæ secundum se= cularis, temeraria interpres diuinæ naturæ dispositiæ secularis. ipsæ deniq; hæreses à philosophia subornantur. Inde æones & formæ, nescio quæ, & trinitas hoc heresum minis apud Valētinum: Platonicus fuerat. Inde Mar origo. cionis deus melior de trāquillitate: à Stoicis uenerat. & uti anima interire dicatur, ab Epicureis obseruat. Et ut carnis restitutio negetur, de una omnium philosophorum schola sumitur. Et ubi materia cum Deo æquatur, Zenonis disciplina est: & ubi aliquid de igneo Deo allegatur, Heraclitus interuerit. Eadē genes materia apud hæreticos & philosophos uoluntarii: idē retractatus implicatur. Vnde malū, & qua re? & unde hoc, & quomodo? Et quod proximè Valētinus proposuit, Vnde deus? Scilicet & de Enthymesi, & Ectromate inferunt Aristotelem, qui illis Dialecticā instituit, artificē struendi & destruendi, uersipellē, in sententiis coactā, in cōiecturis duram, in argumētis operariam, cōtentione molestam, etiam si biipsi omnia retractatē, ne quid omnino tractauerit.

Q. SEPT. FLOR. TERTVL.

Hinc illæ fabulae & genealogiae indeterminabiles,  
& quæstiones infructuosæ, & sermones serpentes,  
uelut cancer: à quibus nos apostolus refrenans, no-  
minatim philosophiā & inanē seductionem cōtesta-  
tus caueri oportere, scribens ad Colossem. Videlte ne  
quis sit circumueniēs uos per philosophiam & ina-  
nē seductionē, secundum traditionē hominum, præter  
prouidētiā spiritū sancti. Fuerat Athenis, & istam  
sapiētiā humanam, adfēcītricē & interpolatricē  
ueritatis, de cōgressibus nouerat ipsam quoq; in suas  
hæreses multipartitā uarietate sectarum inuicē re-  
pugnantium. Quid ergo Athenis ex Hierosolymis?  
quid Academiæ & ecclesiæ? quid hæreticis & Chri-  
stianis? Nostra institutio de porticu Salomonis est:  
qui & ipse tradiderat dominū in simplicitate cor-  
dis esse querendū: Viderint qui Stoicū, & Platonici-  
cū, & Dialecticū, Christianis prætulerūt. Nobis cu-  
riositate opus non est post Christū Iesum, nec inqui-  
sitione post Euangeliū. Cū credimus, nihil desidera-  
mus ultra credere. Hoc enim prius credimus, nō esse  
quod ultra credere debemus. Venio itaque ad illū ar-  
ticulū, quē & nostri prætēdūt ad ineūdam curiosi-  
tati, & hæretici inculcant ad importandam curio-  
sitatem. Scriptū est, inquit: Quærите, & inuenietis.  
Quando hanc uocē dominū emisit, recordemur. Pu-  
to in primitiis ipsis doctrinæ suæ, cū adhuc dubita-  
tiis doctri-  
næ suæ. retur apud omnes, an Christus esset. Et cū adhuc nec  
Petrus illū dei filiū pronūciasset: cū etiam Ioānes de  
illo certus esse desisset. Quærite, & inuenietis, quā-  
da

do quærēdus adhuc erat: et hoc quantū ad Iudeos.  
 Ad illos enim pertinet totus sermo suggestio*n*is i=  
 stius, qui habebant ubi quærerent Christū. Habent,  
 inquit, Moysen & Heliā. i. legē & prophetas Chri=  
 stū prædicantes: secundū quod & alibi aperte: Scrutamini scripturas, in quibus salutem speratis: Illæ e=  
 nim de me loquūtur. Hic erit, quærите, & inuenietis.  
 Nam & sequentia in Iudeos cōpetere manifestum  
 est, Pulsate & aperietur uobis. Iudei retro penes  
 Deū fuerant: dehinc electi ob delicta, extra deū esse  
 cōperunt. Nationes uero nūquam penes Deum, nisi  
 stillicidiū de situla, & puluis ex area, & foris sem= per. Itaq; qui foris semper, quomodo pulsabit eō ubi  
 nūquam fuit? quam ianuam nouit, in qua nec rece= ptus, nec electus aliquando? an qui scit se intus fui= se & foras actū, is potius pulsabit, & ostium nouit?  
 Etiam petite & accipietis, ei competit, qui sciebat à  
 quo erat aliquid promissum, à Deo scilicet Abrahā,  
 Isaac & Iacob: quē Nationes nō magis nouerāt, q  
 uillam re-promissionē eius. Et ideo ad Israel loqueba= tur: Nō sum, inquit, missus, nisi ad oues perditas do= mus Israelis. Non dū canibus iactabat panem filiorū:  
 nō dum in uiā gentium uel nationū ire mādabat. Si= quidem in finē præcepit, ut uaderent ad docēdas &  
 tingendas Nationes, consecuti mox spiritum san= ctum paracletum, qui illos deducturus esset in om= nem ueritatem. Et hoc erga illos facit. Quod si Na= tionibus destinati doctores Apostoli, ipsi quoque  
 doctorem cōsecuturi erant paracletum, multò magis

Q. SEPT. FLOR. TERTVL.

uacabat erga nos: Quærite & inuenietis, quibus ul-  
tro erat obuētura doctrina per Apostolos, & ipsis  
Apostolis per spiritum sanctū. Omnia quidem dicta  
domini oībus posita sunt, per aures Iudæorū ad nos  
trāsierunt: sed pleraq; in personas directa, non pro-  
prietate admonitionis nobis cōstituerūt, sed exēplū.  
Cedo nunc spōte de gradu isto, omnibus dictum sit:  
*Cedo de gradu.* Quærite & inuenietis: tamen & hic expedit sensus  
certare cū interpretationis gubernaculo. Nulla uox  
diuina ita dissoluta est & diffusa, ut uerba tantum  
defendātur, & ratio uerborū nō cōstituatur. Sed in  
primis hoc propono: Vnū itaq; & certū aliquid in-  
stitutum esse à Christo, quod credere omni modo de-  
beant Nationes: & idcirco quærere, ut possint cum  
inuenient credere. Vnius porrò & certi instituti,  
infinita inquisitio nō potest esse: querendū est donec  
inuenias, & credēdū ubi inuenieris: & nihil amplius,  
nisi custodiēdū qđ credidisti: dū insuper credis, aliū  
nō esse credēdū, ideoq; nec requirendū, cū id inuene-  
ris & credideris quod ab eo institutū est, q nō aliud  
tibi mādat inquirendū, q quod instituit. De hoc qui-  
dē si quis dubitat, constabit penes nos esse, id quod à  
Christo institutū est. Interim ex fiducia probationis  
præuēto, admonēs quosdā nihil esse querendū ultra  
quod crediderūt, id esse qđ querere debuerūt: Quæ-  
rite & inuenietis, sine disciplina ratiōis interpreten-  
tur. Ratio autē dicti huius in tribus articulis cōstituit.  
In re, in tēpore, ī modo. In re: ut quid sit querendū, cō-  
sideres: In tēpore, ut quādo: In mō, ut quousq; igitur  
querendum

quærendum est quod Christus instituit, utique donec inuenias. Inuenisti autem cum credidisti. Nam non credidisses, si non inuenisses: sicut nec quæsisses, nisi ut inuenires. Ad hoc ergo quæris, ut inuenias: et ad hoc inuenies, ut credas. Omnem prolationem quærendi et inueniendi statuit fructus ipse quærendi.

Hanc tibi fossam determinauit ipse qui te non uult aliud credere, quam quod instituit, ideoque nec quæbi deterre. Cæterum si quæ talia tanta ab aliis sunt insti=tuta, propterea instantium quærere debemus, inquam possumus inuenire, semper quæreremus, et nunquam omnino credemus. Vbi enim erit finis quærēdi: ubi statio credendi: ubi expunctio inueniendi? Apud Marcionem? sed et Valentinus proponit: Quærite et inuenietis. Apud Valentimum? sed et Apelles hac me pronūciatione pulsauit, et Hebion, et Simon, et omnes ex ordine non habent aliud, quo se mihi insinuantes me sibi adducant. Et erit itaque nusquam dum ubique conuenio, Quærite et inuenietis: et uelint sic nusquam, quasi qui nunquam adprehenderim illud quod Christus instituit: quod credi necesse est, quod quæri oportet. Impunè erratur, nisi delinquatur: quanuis errare, delinquere est. Impunè, inquam, uagatur, qui nihil deserit. At enim quod si debui credere, credidi: et aliud denuo puto requirendum: spero utique aliud esse inueniendum, nullo modo speraturus istud, nisi quia aut non credidera qui uidebar credisse, aut desii credidisse. Ita fidē meā deserens, negator inuenior. Semel dixerim:

Negator.

Nemo

Q. SEPT. FLOR. TERTVL.

Nemo querit, nisi qui aut non habuit, aut perdidit.  
Perdiderat unā ex decē drachmis anū illa, & ideo  
quererebat. Vbi tamen inuenit, querere desiit. Panem  
uicinus non habebat, & ideo pulsabat. Vbi tamē a=   
pertū est ei, & accepit, pulsare cessauit. Vidua à iu=   
dice petebat audiri, quia nō admittebatur: sed ubi au=   
dita est, hactenus iustitiae. Adeo finis est, & querēdi,  
& pulsandi, & petendi. Petēti enim dabitur, inquit,  
& pulsanti aperietur, & querēti inuenietur. Vide=   
rit qui querit sēper, quia nō inuenit. Illic enim que=   
rit ubi nō inuenietur. Viderit qui semper pulsat, quia  
nū quā aperietur. Illuc enim pulsat, ubi nemo est. Vi=   
derit qui semper petit, quia nunquam auditur. Ab eo  
enim petit, qui non audit. Nobis & querendum est  
adhuc et semper. Vbi tamē queri oportet? Apud hæ=   
riticos? ubi omnia extranea & aduersaria nostræ  
ueritati, ad quos uetamur accedere. Quis seruus ci=   
baria ab extraneo, ne dicā ab inimico domini sui  
sperat? Quis miles ab infœderatis, ne dicā ab hosti=   
bus regibus, donatiū & stipendiū captat, nisi planè  
desertor & træfuga & rebellis? Etiā anū illa intra=   
tectū suū drachmā requirebat: etiā pulsator ille, uici=   
ni ianuā tundebat: etiā uidha illa non inimicū, licet  
durum, iudicē interpellabat. Nemo inde strui potest,  
unde destruitur. Nemo ab eo illuminatur, à quo cō=   
tenebratur. Queramus ergo in nostro, & à nostris,  
Forte, id, & de nostro: In quo? dūtaxat quod salua regula fi=   
que dū dei potest in questione deuenire. Regula est autē fi=   
taxat. dei, ut iā hinc quid credamus, profiteamur: illa scili=   
Regula et quā creditur unū omnino deū esse, nec aliū præ=   
fidei. ter

ter mundi + creatorē, qui uniuersa de nihilo produc= Aliās, con  
 xerit per uerbū suum primō omniū emissum: id uer= ditorē.  
 bū filius eius appellatum in nomine Dei, uariè uisum  
 Patriarchis, in Prophetis semper auditum, postremō  
 delatum ex spiritu patris Dei & uirtute in uirginē  
 Mariā, carnē factum in utero eius, & ex ea natum,  
 egisse Iesum Christū: exinde prædicasse nouam legē  
 & nouam promissionē regni cœlorū, uirtutes fecis=  
 se, fixum cruci, tertia die resurrexisse: in cœlos ere=  
 ptum, sedere ad dexterā patris: misse uicariā uim  
 spiritus sancti, qui credētes agat: uenturū cū clari=  
 tate ad sumēdos sacerdos, in uitæ aeternæ & pmissorū  
 cœlestiū fructū, & ad pphanos iudicādos igni ppe  
 tuo, facta utriusq; partis resuscitatiōe cū carnis re=  
 stitutiōe. Hæc regula à Christo ut probabitur iſtituta  
 nullas habet apd nos quæstiōes, niſi quas hæreses iſe  
 rūt, & quæ hæreticos faciūt. Cæterū manēte forma  
 eius in suo ordine, quātūlibet quæras & tractes, &  
 omnē libidinē curiositatis effundas, ſiquid tibi uide=  
 tur uel ambiguitate pēdere, uel obscuritate obūbra=  
 ri: eſt utiq; frater aliquis doctor gratia ſciētiæ dona=  
 tus: eſt aliquis inter exercitatos cōuersatus, aliquid  
 tecū curiosius tamē quærēs: nouissimē ignorare me=  
 lius eſt, ne quod nō debeas, noris. Fides, inquit, tua te  
 fideſ. ſaluu fecit: non exercitatio ſcripturarū. Fides in re=  
 gula poſita eſt: habet legē, & ſalutē de obſeruatio=  
 ne legis: exercitatio autē in curioſitate conſiſtit, ha=  
 bens gloriā ſolam de peritiæ ſtudio. Cedat curioſitas  
 fidei, cedat gloria ſaluti. Certē aut nō obſtrepāt, aut  
 quiescat aduersus regulam, Nihil ſcire, omnia ſcire  
 eſt.

Q. SEPT. FLOR. TERTVL.

est. Ut non inimici essent ueritatis hæretici, ut de re= fugiendis eis non præmoneremur, quale est conserre cum hominibus, qui & ipsi adhuc se querere confi= tentur? Si enim uerè adhuc querunt, nihil adhuc cer= ti reprehenderunt: & ideo quodcumque uidetur in= terim tenere, dubitationem suam ostendunt quādiu querunt. Itaque tu qui proinde queris, spectas ad eos qui & ipsi querunt, dubius ad dubios, incertus ad incertos, cæcus à cæcis in foueam deducaris ne= cesse est. Sed cum decipiendi gratia prætendant se adhuc querere, ut nobis per sollicitudinis iniectionē tractatus suos insinuent: deniq; ubi adierunt ad nos, statim quæ dicebant querenda esse, defendunt: iam illos sic debemus refutare, ut sciant nos non Chri= sto, sed sibi negatores esse. Cum enim querunt ad= huc, nondum tenent: cum autem tenent, nondum cre= diderunt, non sunt Christiani. At cum tenent quidē & credunt, querendum tamen dicunt ut defendat: antequam defendant, negant quod credunt, confi= tentes se nondum credisse, dum querunt. Qui er= go nec sibi sunt Christiani, quāto magis nobis? Qui per fallaciam ueniunt, quālem fidem disputant? cui ueritati patrocinantur, qui eam à mendacio indu= cunt? Sed ipsi de scripturis agunt, & de scripturis suadent. Aliū de scilicet suadere non possent de re= bus fidei, nisi ex literis fidei. Venimus igitur ad pro= positum, (huc enim dirigebam) & præstamus allocu= tionis præfationem, ut iam hinc de eo cōgrediamur, de quo aduersarii prouocant. Scripturas obtēdunt,

et hac sua audacia statim quosdā mouēt: in ipso ue-  
rō congressu firmos quidem fatigant, infirmos ca-  
piunt, medios cum scrupulo dimitūt. Hūc igitur po-  
tiſſim⁹ gradum obſtruimus, non admittendi eos  
ad illam de scripturis diſputationem, ſi hæ ſunt ille-  
uires eorum, uti ne eas habere poſſint. Diſpici debet  
cui competat poſſeſſio ſcripturarum, ne iſis admittan-  
tur ad eandem, cui nullo modo competit. Hoc de cō-  
ſilio diſſidentiæ, aut de ſtudio aliter ineundæ conſti-  
tutionis induxerim, niſi ratio conſtiterit, in primis  
illa, quod fides noſtra obsequium Apoſtolo debeat,  
prohibēti queſtiones inire, nouis uocibus aures ac-  
commodare, hæreticum poſt unam correptionem cō-  
uenire, non poſt diſputationem. Adeò interdixit di-  
ſputationem, correptionem deſignans cauſa hære-  
tici conueniendi: et hoc unam, ſcilicet quia non eſt  
Christianus: ne more Christiani ſemel et iterum, et  
ſub duobus aut tribus teſtibus caſtigandus uidere-  
tur: cum ob hoc ſit caſtigandus, propter quod non  
ſit cum illo diſputādum. Deinde quoniam nihil pro-  
ficiat cōgressio ſcripturarum, niſi planè ut aut ſto-  
machi quis ineat uerionem, aut cerebri. Iſta hære-  
tis non recipit quasdā ſcripturas: et ſi quas recipit,  
adiectionibus et detractionibus ad diſpositionem  
inſtituti ſui interuerit, et ſi recipit non recipit in-  
tegras: et ſi aliquatenus integras p̄eſtat, nibi-  
lominus diuersas expositio[n]es commentata conuer-  
tit. Tantum ueritati obſtrepit adulter ſenſus, quan-  
cum et corruptor ſtylus. Variae preſumptiones ne-  
ceſſariō

Q. SEPT. FLOR. TERTVL.

cessariò nolūt agnoscere ea, per quæ reuincuntur: his  
nitūtur quæ ex falso cōposuerunt, & quæ de ambi-  
guitate cōperūt. Quid promouebis exercitatiſime  
scripturarū, cūm siquid defenderis, negetur ex diuer-  
ſo, siquid negaueris, defendatur. Et tu quidē nihil p-  
des, niſi uocē in cōtentione: nihil cōſequeris, niſi ui-  
lem de blasphematione laudē. Ille uero ſi quis eſt cui⁹  
cauſa in cōgressum descēdis scripturarū, ut eū dubi-  
tātē cōfirmes, ad ueritatē an magis ad hærefes deuer-  
get? hoc ipſo mot⁹, q̄ te uideat nihil p̄mouiffe & quo  
gradu negādi & defendendi, diuersa parte statutū:  
certē & pari altercatione incertior diſcedet, nesciēs  
quā hæresim iudicet. Hæc utiq; & ipſi habēt in nos  
retoquere. Necesse eſt enī & illos dicere, nobis po-  
tius adulteria scripturarū & expositionū eorū mē-  
dacia inferri, qui p̄inde ſibi defendāt ueritatē. Ergo  
nō ad scripturas prouocandū eſt: nec in hiſ cōſtitu-  
endū certamen, quibus aut nulla aut incerta uictoria  
eſt, aut parū certa. Nam etſi nō ita euaderet colla-  
tio scripturarū, ut utranq; partē parē ſisteret, ordo  
rerū deſiderabat illud prius proponi, quod nūc ſolū  
diſputādū eſt: Quibus cōpetat fides ipſa, Cuius ſint  
scripturæ: A quo, & p̄ quos, & quando, & quibus  
ſit tradita disciplina qua fiunt Christiani. Vbi enim  
apparuerit eſſe ueritatē discipline & fidei Christia-  
næ, illic erit ueritas scripturarū & expositionum &  
omniū traditionū Christianorū. Christus Iesuſ do-  
minus noſter permittat dicere interim, quiſquiſ eſt,  
cuiuscunq; Dei filius, cuiuscunq; materiæ homo &  
Dens, cuiuscunq; fidei preceptor, cuiuscunq; merce-  
dis

dis promissor. Quid esset, quid fuisset, quam patris  
uoluntatē administraret, quid homini agendum de-  
terminaret, quandiu in terris agebat, ipse pronūcia-  
bat, siue populo palam, siue discētibus seorsum. Ex  
quib⁹, duodecim præcipuos lateri suo adlegerat, de-  
stinatos Nationibus magistros. Itaq; uno eorū de= Discētes.  
cuso, reliquos undecim regredieſ ad patrē post re-  
surrectionē, iuſſit ire & docere nationes, tingendas  
in patrē & in filiū & spiritū sanctū. Statim igitur  
apostoli, quos hæc appellatio missos interpretatur, Apostoli  
assumpto per sortē duodecimo Mathia in locū Iudæ quid.  
ex authoritate prophetiæ, qua est in Psal. David cō-  
secutio promissa, uim spiritus sancti ad uirtutes &  
eloquium, primò per Iudæā contestata fide in Iesum  
Christum, & ecclesiis institutis, dehinc in orbē pro-  
feci, eandē doctrinā eiusdē fidei nationibus promul-  
gauerunt: & proinde ecclesiæ apud unāquanq; ci-  
uitatē condiderunt. Quibus traducē fidei & semina  
doctrinæ, cæteræ exinde ecclesiæ multæ sunt, & quo  
tidiæ mutuātur ut ecclesiæ fiant. Ac per hoc et ipsæ  
apostolicæ deputabūtur, ut soboles Apostolicarū ec-  
clesiarū. Omne genus ad originē suā censeatur, ne-  
cessē est. Ita quæ tot ac tantæ ecclesiæ, unā esse illam  
ab apostolis primā, ex qua omnes. Sic omnes primæ,  
& omnes A postolicæ, dū unā omnes pbant unita= Cōmunicatio  
tem. Cōmunicatio pacis, & appellatio fraternitatis, Cōmu-  
nicatio pacis.  
Appella-  
et cōtesseratio hospitalitatis: quæ iura nō alia ratio Appela-  
regit, q̄ eiusdē sacramēti una traditio. Hīc igitur di- nō alia ratio  
rigimus præscriptionē: Si dominus Iesus Christus a- nō alia ratio hos  
postolos misit ad prædicādū: alios nō esse recipiēdos hospitalitatis  
prædic-

Q. SEPT. FLOR. TERTVL.

prædicatores, quā quos Christus instituit: quia nec  
alius patrē nouit nisi filius, & cui fili⁹ reuelauit: &  
nec aliis uidetur reuelasse filius, q̄ apostolis quos mi-  
sit ad prædicandū, utique quod illis reuelauit. Quid  
autem prædicauerint, id est, quid illis Christus reue-  
lauerit, & hic præscribam, non aliter probari debe-  
re, nisi per easdem ecclesias, quas ipsi Apostoli con-  
siderunt, ipsi eis prædicando, tam uiua (quod aiunt)  
uoce, quam per epistolās postea. Si hæc ita sunt, con-  
stat proinde omnē doctrinā, quæ cum illis ecclesiis  
Ecclesiæ Apostolicis matricibus & originalibus fidei cōspi-  
ret, ueritati deputandā: & sine dubio tenētes, quod  
ecce matris ecclesiæ ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus  
eēs dōri ginales. à deo suscepit. Reliquam uero omnem doctrinam de-  
mendacio præiudicandam, quæ sapiat contra ueri-  
tatem ecclesiārum, & Apostolorum, & Christi, &  
dei. Superest ergo uti demonstremus, an nostra do-  
ctrina, cuius regulam suprà edidimus, de Apostolo-  
rum traditione censeatur: & ex hoc ipso, an cæteræ  
de mendacio ueniant. Communicamus cum ecclesiis  
apostolicis, quod nulla doctrina diuersa, hoc est te-  
stimoniū ueritatis. Sed quoniā (tum expedita pro-  
batio est, ut si statim proferatur, nihiliam sit retræ-  
ctandum, ac si prolata non sit à nobis, locum inte-  
rim demus diuersæ parti, si quid putant ad infirmā-  
dam hanc præscriptionem mouere se posse) solent  
dicere, non omnia Apostolos scisse, eadem agitati  
dementia qua rursus conuertunt, omnia quidē Apo-  
stolos scisse, sed non omnia omnibus tradidisse: in u-  
troque

troq; Christum reprehensioni iniiciētes, qui aut mi-  
 nus instructos, aut parum simplices apostolos mise-  
 rit: *Quis enim integræ mētis, credere potest aliquid*  
*eos ignorasse, quos magistros dominus dedit, indi-*  
*uiduos habitos in comitatu, in discipulatu, in conui-*  
*ctu: quibus obscura quæqua seorsum disserebat, illis*  
*dicens datum esse cognoscere arcana, quæ populo*  
*intelligere non liceret.* Latuit aliquid Petrum & dis*Petrus.*  
 candæ ecclesie Petrā dictum, claves regni cœlorum  
 cōsecutū, & soluēdi & alligandi in cœlis & in ter-  
 ris potestatē? Latuit & Ioannē aliquid dilectissimum *Ioannes.*  
 domino, pectori eius incubātem, cui soli dominus Iu-  
 dam traditorem demonstrauit, quem loco suo filium  
 Mariæ demādauit? *Quid eos ignorasse uoluit, qui-*  
*bus etiam gloriā suam exhibuit, & Moysen, & He-*  
*liam & insuper de cœlo patris uocem? nō quasi cæ-*  
*teros reprobans, sed quoniā in tribus testibus stabit*  
*omne uerbū. Ignorauerunt itaq; & illi quibus post*  
*resurrectionē quoq; in itinere omnes scripturas edis-*  
*serere dignatus est. Dixerat planè aliquādo: Mult&*  
*habeo adhuc uobis loqui, sed nō potestis modò ea su-*  
*stinere: tamen adiiciens: Cūm uenerit ille sp̄ritus ue-*  
*ritatis, ipse uos docet in omni ueritate: ostendit illos*  
*nihil ignorasse, quos omnē ueritatē cōsecuturos per*  
*sp̄iritū ueritatis repromiserat. Et utiq; impleuit re-*  
*promissum, probatibus actis Apostolorū descensum*  
*sp̄iritus sancti. Nedum sp̄iritum sanctum possint ag-*  
*noscere discentibus missum, sed nec ecclesiam se di-*  
*cant defendere, qui quando, & quibus incunabula*  
*lis institutum est hoc corpus, probare non habent.* *Discens.*

Q. SEPT. FLOR. TERTVL.

Tanti enim est illis nō habere probationes eorū quæ defendunt, ne pariter admittantur traductiones eorū quæ mētiuntur. Proponū ergo ad fugillandam igno= rantiā aliquā Apostolorū, quod Petrus & qui cū eo erant, reprehensi sunt à Paulo. Adeò, inquiūt, aliquid eis desuit: Ut ex hoc etiam illud struant, potuisse po= ste à pleniorē sciētiam superuenire, qualis obuenerit Paulo reprehendenti antecessores. Possimus & hic acta Apostolorū repudiabitibus dicere: Prius est uti ostendatis quis iste Paulus, & quid ante Apostolum, & quomodo Apostolus: quatenus & aliās ad quæ= siones plurimū eo utuntur. Neq; enim pseudoapo= stolum se de persecutore profitetur: sufficit unicuiq; examinatè credenti, quando nec Deus de se testimo= nium dixerit. Sed credant sanè scripturis, ut credant aduersus scripturas: tamen doceant ex eo quod alle= gant, Petru à Paulo reprehensum, alias euangelii for= est altes mam à Paulo superductam citra eam quam præmi= rius & dī serat Petrus, & ceteri. At qui demutatus in prædi= catorem de persecutore, deducitur ad fratres à fra= tribus, ut unus ex fratribus, ab illo & ab illis qui ab Apostolis fidē induerāt. Dehinc, sicut ipse enarrat, ascendit Hierosolymam cognoscēdi Petri causa, ex officio & iure scilicet eiusdē fidei & prædicationis. Nam & illi non essent admirati de persecutore fa= ctum prædicatorem, si aliquid contrarium prædicar= ret: nec dominum præterea magnificassent, quia ad= uersarius eius Paulus obuenerat. Itaq; & dexterā ei dederunt signū cōcordiæ & conuentientiæ: & inter se distributionē officii ordinauerunt, nō separationē  
euange=

euangelii : nec ut aliud alter, sed ut aliis alter prædicarent, Petrus in circuncisionem, Paulus in Natiōnes. Cæterū si reprehensus est Petrus quod cōuixisset ethnici, postea se à conuictu eorum separabat personarum respectu : utique conuersationis fuit uitium non prædicationis . Non enim ex hoc alius deus quam creator, & alius Christus, quam ex Maria, & alia spes, quam resurrectio annuciatur. Non mihi tam benè est, imo non mihi male est, ut Apostolos committam. Sed quoniam peruersissimi isti illam reprehensionem ad hoc obtendunt, ut suspectam faciant doctrinam superiorem, respondebo quasi pro Petro : ipsum Paulum dixisse factum se omnibus esse omnia, Iudeis Iudeum, non Iudeis nō Iudeum, ut omnes lucrificaret . Adeò pro temporibus & personis & causis quædam reprehendebant, in quæ & ipsi & quæ pro temporibus & personis & causis committebant, quemadmodum si & Petrus rephenderet Paulum, quod prohibens circuncisionem circunciderit ipse Timotheum. Viderint qui, de Apostolis iudicant. Bene quod Petrus Paulo & in martyrio adæquatur. Sed & in tertium usq; cœlum ereptus Paulus est, in paradisum delatus audiuit quædam illic, quæ non possunt uideri fuisse, quæ illum in aliam doctrinam instructiorem præstarent, cum ita fuerit conditio eorū ut nulli hominum proderentur . Quod si ad alieuius conscientiam manauit nescio quid illud, & hoc se aliquæ heresis se qui affirmat, aut Paul⁹ secreti proditi reus

F 2. capitulo. est.

z. 111

Q. SEPT. FLOR. TERTVL.

est, aut & alius postea in paradisum erexitus debet ostendi, cui permisum sit eloqui, quæ Paulo mutare non licuit. Sed, ut diximus, eadē dementia est, cùm confitentur quidem nihil Apostolos ignorasse, nec diuersa inter se prædicasse, sed non omnia uolunt illos omnibus reuelasse: quædam palam, & uniuersis: quædā secreto, & paucis demandasse: quia & hoc uerbo usus est Paulus ad Timotheū: O Thimothee depositum custodi. Et rursum: Bonū depositū custodi. Quod hoc depositum est, tam idoneū, ut alterius doctrinæ deputetur? An illius denunciationis, de quo ait: Hanc denunciationem cōmendo apud te filiole Timothee. Item illius præcepti, de quo ait: Denuncio tibi ante deum, qui uiuificat omnia, & Iesum Christum, qui testificatus est sub Pontio Pilato bona cōfessionem, ut custodias præceptū. Quod autē præceptum, & quæ denunciatio, supra & infra ex scriptis intellexerat, nō nescio quid subostendi hoc dicto de remotiore doctrina, sed potius inculcari de non admittenda alia præter eam, quā audierat ab ipso: & puto coram multis, inquit, testibus. Quos multos testes, si nolūt ecclesiā intelligi, nihil interest quomo-  
Hæc.  
Iua. do nihil tacitū fuerit, quod sub multis testibus profe-  
rebatur. Sed nec quia monet illū hæc fidelibus homi-  
nibus demandare, qui idonei sint & alios docere, id  
quoq; argumētū occulti alicuius euangelij interpre-  
tādū est. Nam & cùm dicit hæc, de eis dicit, de qui-  
bus in præsenti scribebat: de occultis autē ut de ab-  
sensibus apud conscientiam, nō hæc, sed illa dixisset.  
Porro cōsequens erat, ut cui demandabat euangelij  
admis-

administrationem, nō p̄assim nec inconsideratē ad ministrandā adiiceret: & secundum dominicam uocem, ne margaritam porcis, & sanctum canibus iactaret. Dominus palam edixit, sine ulla significatione alicuius taciti sacramēti, ipse præceperat, si quid in tenebris & in abscondito audissent, in lucem & in teatis prædicarent. Ipse per similitudinē præfigurauerat: ne unā mnam, id est, unum uerbum eius, si ne fructu in abdito reseruarent. Ipse docebat lucernam non sub modio abstrui solere, sed in candelabrum constitui, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Hæc Apostoli aut neglexerunt, si non adimpleuerunt, abscondentes aliquid de lumine, id est, Dei uerbo, Christi sacramento. Neminem quod scio, uerebantur, non Iudæorum uim, non Ethnicorum: quo magis utique in ecclesia liberè prædicabant, qui in synagogis & in locis publicis non tacebant, imò neque Iudæos conuertere, neque Ethnicos inducere potuissent, nisi quod credi ab eis uolebant, ordinariē exponerent. Multò magis iam creditibus ecclesiis, nihil subtraxissent, quod aliis paucis seorsum demandarent: quanquam et si quedam inter domesticos, ut ita dixerim, disserebant, non tamen ea fuisse credendum est quæ aliam regulam fidei superducerent, diuersam & contrariam illi, quam catholicè in medium proferebant: ut alium dominum in ecclesia dicerent, alium in hospitio: & aliam Christi substantiam designarent in aperto, aliam in secreto: & aliam spem resurrectionis apud omnes annuntiarent, aliam apud paucos: cum ipsi

F 3 obserua-

Q. SEPT. FLOR. TERTVL.

obseruarent in epistolis suis, ut id ipsum & unum lo-  
queretur omnes: & non essent schismata & dissen-  
tiones in ecclesia, quia siue Paulus, siue alii, eadem  
prædicarent. Alioquin meminerant, Sit sermo ue-  
ster: est, est: non, non: quod amplius, hoc à malo est:  
ne euangelium in diuersitate tractarent. Si ergo in-  
credibile est, uel ignorasse Apostolos plenitudi-  
nem prædicationis, uel non omnem ordinem regulæ  
omnibus adidisse, uideamus ne Apostoli quidem sim-  
pliciter & plenè, ecclesie autem suo uitio aliter ac-  
ceperint quam Apostoli præferebat. Omnia ista scrupu-  
lositatis incitamenta, inuenias prætendi ab hære-  
ticis. Tenent correptas ab apostolo ecclesiæ. O in-  
sensati Galatæ, quis uos fascinavit? & tā bene cur-  
rebat, quis uos impediuit? ipsumq; principiū: Mi-  
rror quod sic tam cito transferimini ab eo qui uos no-  
cauit in gratiam, ad aliud Euangeliū. Item ad Co-  
rinthios scriptum, quod essent adhuc carnales qui  
lacte educarentur, nondum idonei ad pabulum: qui  
putarent se scire aliquid, quando nondum scirent,  
quemadmodum sciri oporteret. Cum correptas ec-  
clesias opponunt, credant emēdatas. Sed & illas re-  
cognoscāt, de quarū fide & sciētia & cōuersatiōe  
apostol⁹ gaudet, & deo gratias agit: qui tamē hodie  
Unius insitutiōnis iuriū miscēt. Age  
nūc oēs errauerint: deceptus sit & apostolus de te-  
stimonio reddēdo quibusdā. Nullā respexerit spirit⁹  
sanct⁹ uti eam in ueritate deduceret, ad hoc missus  
à Christo, ad hoc postulatus de patre, ut esset doctor  
ueritatis: neglexerit officiū dei nullicus, Christi uica-  
rius, si nōs ecclesiæ aliter interī intelligere, aliter cre-

dere, q̄ ipse p̄ apostolos prædicabat: Et quid ueris= mile est, ut tot ac tātæ in unā fidē errauerint? Nullus inter multos euēt<sup>9</sup>, unus. Exit<sup>9</sup> uariasse debuerat or dinē doctrinæ eccliarū. Cæterū qđ apud multos u= nū inuenitur, nō est erratū. Audeat ergo aliquis di= cere illos errasse q̄ tradiderūt? quoq̄ sit erratū, tā diu utiq; errauit error, q̄ diu hæreses nō erāt. Ali= quos Marcionitas & Valentinianos liberāda ueritas expectabat: interea p̄perā euāgelizabatur, tot milia miliū p̄perā tincta, tot opa fidei perperā ministrata, Baptis-  
mus.  
tot uirtutes, tot charismata p̄perā opata, tot sacer= Operafis-  
dotia, tot ministeria p̄perā fūcta, tot deniq; martyria dei  
p̄perām & in uacuū. Quale est ut ante res dei cur= Virtutes.  
rerēt, q̄ cui<sup>9</sup> dei notū esset? Ante Christiani, q̄ Chri= Charisma-  
stus inuētus: ante hæreses, q̄ uera doctrina: Sed enī Sacerdos-  
in oīb<sup>9</sup> ueritas imaginē aīcedit: postremō similitu= tia.  
do succedit. Cæterū satis ineptū, ut prior ī doctrina Ministes-  
hæresis habeatur, uel quoniam ipsa est que futuras ria.  
hæreses & cauēdas prænūciabat. Ad eius doctrinæ Martyria-  
ecclesiā scriptū est, imō ipsa doctrina ad ecceſiā suā Veritas.  
scribit: Et si āgel<sup>9</sup> de cœlo aliter euāgelizauerit citrā Similitu-  
q̄ nos, anathema sit. Vbi tūc Marciō, Pōtic<sup>9</sup> Naucle do.  
rus, Stoicæ studiosus? Vbi tūc Valentinus Platonicæ  
sectator. Nā cōstat illos, neq; adeò olī fuisse, Antoni= Ecclesia.  
ni ferè p̄cipipatu, & ī catholicā penē doctrinā credi Romanē.  
disse apud eccliam Romanē, sub episcopatu Eleu- Elucbe-  
therii benedicti, dōec ob īquietā eorū sēp curiositatē riū epis.  
qua fratres quoq; uiciabant, semel & iterum electi. Romanus  
Marcion quidē cū ducentis H-S. que ecclesiæ intu= nera doctrinarum suarum disseminauit. Postmodum

Q. SEPT. FLOR. TERTVL.

Marcion. Marcion pœnitentiam confessus, cùm conditioni dæ  
tæ sibi occurrit, ita pacē recepturus, si cæteros quo=  
que quos perditioni eruditisset, ecclesiæ restitueret,  
morte præuentus est. Oportebat enim hæreses esse:  
nec tamen ideo bonum hæreses, quia esse eas oporte=

bat: quasi non et malum oportuerit esse. Nam et do=

minū tradi oportebat, sed uæ traditori: ne quid etiā

<sup>Apellis</sup> hinc hæresis defendat. Sed et Apellis stemma retræ  
<sup>stemma.</sup> et andum est. Tam non uetus et ipse quam Marcio  
institutor et præformator eius: sed lapsus in fœmina=

na desertor continentiae Marcionensis, ab oculis san=

ctissimi magistri Alexandriam secessit. Inde post an=

nos regressus non melior, nisi tantum qua iam non  
Marcionites, in alteram fœminam impegit, illam uir=

ginem Philumenen (quam supra edidimus) postea  
uerò immane prostibulum et ipsam, Energemate cir=

cunuentus, quæ ab ea didicit Phaneroeis scripsit.  
Adhuc in seculo supersunt qui meminerint ecrū, eti=

am proprij discentes et successores ipsorum, ne po=

steriores negare possint: quanquam et de operibus

suis, ut dixit dominus, reuincitur. Si enim Marcion

nouum testamētum à ueterे separauit: quia separa=

re non posset, nisi quod unitum fuit: unitū ergo an=

te quam separaretur, postea factum separatum, po=

steriore ostendit separatorem. Item Valentinus, ali=

ter exponens et sine dubio emendans hoc nomine,

quicquid emendat, ut mēdosum retro alterius fuisse

demōstret. Hos utiq; insigniores, et frequētiores a=

Adulteri veritatis. adulteros ueritatis nominamus. Cæterū et Nigidius

nescio qui, et Hermogenes, et multi alij adhuc am=

bulant

FRANCESCO GIOVANNI

bulant peruerentes vias dei. Cupio ostendant mihi,  
 ex qua authoritate prodierunt. Si alium deū prædi-  
 cant, quomodo eiusdem rebus & literis & nomini-  
 bus utuntur aduersus quē prædicant? si eiusdē, quo-  
 modo aliter. Probēt se nouos Apostolos esse: dicant  
 Christū iterum descendisse, iterū ipsum docuisse, ite-  
 rum crucifixum, iterū resuscitatum: sic enim Aposto-  
 los solēt facere, dare illis præterea uirtutē, eadem si-  
 gna edendi, quæ & ipsi. Volo igitur uirtutes eorum  
 proferre, nisi quod agnosco maximā uirtutem eorū,  
 qua Apostolos in peruersum emulātur. Illi enim de  
 mortuis suscitabāt, isti de uiuis mortuos faciunt. Sed <sup>Hæretici.</sup>  
 ab excessu reuertar ad principalitatē ueritatis, & <sup>pseudo</sup> postoli.  
 posteritatem mendacitati deputandā, ex illius quoq;  
 parabolæ patrocinio, quæ bonum semē frumēti à do-  
 mino seminatum primo cōstituit: auenarum autē ste-  
 rilis fœni adulterium, ab inimico diabolo postea su-  
 perducit. Pro parte enim doctrinarū distinctionem  
 figurat: quia & alibi uerbum dei seminis similitudo  
 est. Ita ex ipso ordine manifestatur, id esse dominicū  
 & uerum, quod sit prius traditum: id autem extra-  
 nū & falsū, quod sit posterius immissum. Ea sen-  
 tētia manebit aduersus posteriores quasq; hæreses,  
 quibus nulla cōstantia & cōscientia cōcedit ad de-  
 fendendam sibi ueritatē. Cæterū si quæ audent in-  
 terserere se ætati apostolicæ, ut ideo uideantur ab  
 Apostolis traditæ, quia sub Apostolis fuerūt, possu-  
 mus dicere. Aedat ergo origines eeclesiārum suarum: <sup>origines</sup>  
 euoluant ordinē episcoporū suorū, ita per successio-<sup>ecclæsiae</sup>  
 nes ab initio decurrentē, ut primus ille episcopus ali-<sup>rum.</sup>  
 quem

Q. SEPT. FLOR. TERTVL.

Ordo ep̄i quem ex apostolis uel apostolicis uiris, qui tamen cū  
scoporum apostolis perseuerauerit, habuerit authorē & ante-  
Ecclesiæ Apostoli, cessorē. Hoc enim modo ecclesiæ Apostolicæ census  
suum deferūt, sicut Smyrnæ orū ecclesia Polycarpum  
ab Ioāne collocatū refert: sicut Roma. Clementem à  
Petro ordinatū id & proinde utiq; & cæteræ exhibi-  
tent, quos ab apostolis in episcopatū cōstitutos, apo-  
stolici seminis traduces habeāt. Confingant tale ali-  
quid hæretici. Quid enim illis post blasphemiam illici-  
tū est? sed et si cōfinxerint, nihil promouebūt. Ipsa e-  
nim doctrina eorū cū apostolica cōparata, ex diuer-  
sitate & cōtrarietate sua pronūciabit, neq; apostoli  
alicuius authoris esse neq; apostolici: quia sicut apo-  
stoli nō diuersa inter se docuissent, ita et Apostolici  
nō cōtraria apostolis cōdidissent, nisi illi qui ab apo-  
stolis descierunt, & aliter prædicauerunt. Adhac  
itaque formam prouocabuntur ab illis ecclesiis, quæ  
licet nullū ex apostolis uel apostolicis authorem suū  
proferant, ut multò posteriores, quæ denique quoti-  
die instituuntur: tamen in eadē fide cōspirantes, nō mi-  
nus apostolicæ deputantur pro consanguinitate do-  
ctrinæ. Ita omnes hæreses ad utranq; formā nostris  
ecclesiis prouocatæ, probēt se quaquā putant aposto-  
licas. Sed adeò nec sunt, nec possunt probare quod nō  
sunt: nec recipiūt in pacem & in cōmunicationem  
ab ecclesiis quoquo modo apostolicis: scilicet ob di-  
uersitatē sacramenti, nullo modo Apostolicæ. Adhi-  
beo sup̄ hæc, ipsarū doctrinarū recognitionē, quæ  
sub apostolis fuerūt, ab iisdem Apostolis & demon-  
stratæ & deieratæ. Nā & sic facilius traducentur:  
dum

dū aut iam tūc fuisse deprehēdūtur , aut ex illis quæ  
iam tūc fuerūt semina sumpsisse. Paulus in prima ad  
Corinth. notat negatores & dubitatores resurrectio-  
nis. Hęc opinio prima Sadducęorū: Partē eius usur-  
pat Marcion, et Apelles, & Valētinus, & si qui alij  
resurrectionē infringunt. Ad Gal.scribens, inuechitur  
in obseruatores & defensores circūcisionis & legis.

Sadducęorū  
Marcion  
Apelles  
Hebion.  
Valentius.

Hebionis hæresis sic est. Timotheū instruens, nuptia  
rum quoque interdictores suggillat: Ita instituunt  
Marcion, & Apelles eius secutor. Aequē tangit eos  
qui dicerent, factam iam resurrectionē: sic se Valen-  
tiniani adseuerāt. Sed & cū genealogias indetermi-  
natas nominat, Valētinus agnoscitur: apud quē æon  
ille nescio qui, noui & non unius nominis, generat ē  
sua Charite sensum & veritatem, & hi aequē pro-  
creant duos, Sermonē & Vitā. Dehinc & isti genes-  
rant Hominem & Ecclesiam: de qua prima hęc i-  
deo decas æonum: exinde decem alij, & duodecim  
reliqui æones miris nominibus oriuntur, in meram  
fabulam triginta æonum. Idem apostolus cū im-  
probat elementis seruientes, aliquem Hermogenem  
ostendit, qui materiam non natam introducens,  
Deo non nato eam comparat: & ita matrem ele-  
mentorum deam faciens, potest ei seruire quam deo  
comparat. Ioannes uero in Apocalypsi idolothyta-  
edentes & supra committentes, iubet castiga-  
re: "Sunt & nunc alij Nicolaitæ, Cainana hære-  
sis dicitur. At in Epistola eos maximè Antichri-  
stos uocat, qui C H R I S T V M negarent in car-  
ne uenisse, & qui non putarent I E S V M filium  
Dei:

Mera fai-  
bula 30.  
æonum.  
Hermos-  
genes.

Nicolaus.

Q. SEPT. FLOR. TERTVL.

Dei: illud Marcion, hoc Hebiō vindicauit. Simonianæ autem magie disciplina angelis seruiens, utique & ipsa inter idololatrias deputabatur: & à Petro apostolo in ipso Simone dānabatur. Hęc sunt, ut arbitror, genera doctrinarū adulterinarū, quæ sub Apostolis fuisse ab ipsis Apostolis discimus: & tamen nullam inuenimus institutionē, ut diuersitates peruersatum, quæ de Deo creatore uniuersorum cōtrouersiam mouerint. Nemo alterū Deū ausus est suspicari, facilius de filio quam de patre hæsitabatur, donec Marcion præter creatorē alium Deum solius bonitatis induceret: Apelles creatorem angelū nescio quē gloriosum superioris Dei, faceret Deum legis & Israe lis, illum igneū adfirmans: Valentinus æonas suos spargeret, & unius æonis uitium in originem deduceret dei creatoris. His solis & his primis reuelata est ueritas diuinitatis, maiorem scilicet dignationem & plenioram gratiam à diabolo cōsecutis, qui Deū sic quoque uoluerit æmulari, ut de doctrinis uenenorūrum, quod dominus negauit, ipse faceret discipulos super magistrum. Eligant igitur sibi tēpora uniuersae hereses, quæ quando fuerint, dū non interst, quæ quādo de ueritate nō sint: utiq; quæ sub apostolis nō fuerūt, fuisse nō posūt. Si enim fuissent nominarētur & ipse, ut & ipse coercenda. Quæ uero sub Apostolis fuerunt, in sua nominatione dānantur. Siue ergo eadem nunc sunt aliquanto expolitiores, quæ sub apostolis rudes, habent suam exinde damnationem: siue aliæ quidem illæ fuerunt, aliæ autem postea obortæ quasdam ex illis opinione usurpauerūt, habē-

do cum eis consortium prædicationis, habeant ne-  
cessitate est etiam consortium damnationis: præcedente  
illo fine supradicto posteritatis, quo etsi nihil de dā-  
naticis participarentur, de ætate sola præjudicarē-  
tur, tanto magis adulteræ, quanto nec Apostolis no-  
minatæ. Vnde firmius cōstat has esse, quæ adhuc tūc <sup>Posteritas</sup> <sup>Damnatio</sup>  
nunciabantur futuræ. His definitionibus prouocatae tiae hærcos  
à nobis & reuictæ hæreses omnes, siue quā posteræ,  
siue quā coætaneæ apostolorum, dummodo diuersæ  
siue generaliter, siue specialiter notatæ ab eis, dum-  
modo prædamnatae, audeant respondere & ipsæ, an-  
liquas eiusmodi præscriptiones aduersus nostrā di-  
sciplinam. Si enim negant ueritatem eius, debet pro-  
bare illam quoque hæresim eadem forma reuictam,  
qua ipsæ reuincuntur: & ostendere simul ubi nam  
querenda sit ueritas, quam apud illas non esse iam  
cōstat. Posterior nostra res nō est, imò omnibus prior  
est: Hoc erit testimonium ueritatis ubique occupatis  
principatum. Ab apostolis nō damnatur, imò defen-  
ditur: Hoc erit indicium <sup>¶</sup> ueritatis. Quam enim  
damnant, quasi extraneam <sup>¶</sup> ueritatemq; nō dānauerunt,  
suam ostendunt, ideoq; & defendunt. Age iam qui  
uoles curiositatem melius exercere in negocio salu-  
tis tuæ, percurre Ecclesiæ apostolicæ, apud quas ip-  
se adhuc cathedræ apostolorum suis locis præsidē-  
tur, apud quas autheticæ literæ eorū recitantur, so-  
nantes uocem, repræsentantes faciem. Proxima est  
tibi Achaia: habes Corinthum. Si nō lōge es à Ma-  
cedonia, habes Philippos. Si potes in Asiam tendere,  
habes Ephesum. Si autē Italiæ adiiceris, habes Ro-  
<sup>Cathæs</sup>  
<sup>dræ apo-</sup>  
<sup>storum.</sup>  
<sup>Epistolæ</sup>  
<sup>apostolorum</sup>  
<sup>authen-</sup>  
<sup>tice.</sup>  
manam:

Q. SEPT. FLOR. TERTVL.

manam: unde nobis quoq; authoritas præsto est statuta. Felix ecclesia, cui totā doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt: ubi Petrus paſſioni dominice adæquatur, ubi Paulus Ioānis exitu coronatur, ubi apostolus Ioannes posteā q̄ in oleū igneum demersus, nihil paſſus est, in insulam relegatur. Videamus quid dixerit, quid docuerit. Cū Aphricanis quoque ecclesiis cōtestatur: unū Deum nouit creatorem uniuersitatis, & Christū Iesum ex uirgine Maria filium dei creatoris, & carnis resurrectionem: Legem & prophetas cum euangelicis & apostolicis literis miscet. Inde portat fidē: aqua signat, sancto spiritu uestit, eucharistia pascit, martyrium exhortatur, & ita aduersus hanc institutionem neminē recipit. Hæc est institutio, nō dico iam quæ futuras hæreses prænunciabat, sed de qua hæreses prodierūt. Sed non omnes ex illa, ex quo factæ sunt aduersus illā. Etiam de oliuæ nucleo mitis & optimæ & suauissimæ, uetosa & uana caprificus exurgit. Ita & hæreses de nostro fructificauerūt, & quæstræ; degeneres ueritatis grano & mēdacio p̄t̄ iestres. Si hæc ita se habēt, ut ueritas nobis adiudicetur, quicūq; in ea regula incedit, quæ ecclesia ab apostolis, apostoli à Christo, Christus à Deo tradidit, cōstat ratio propositi nostri definiētis nō esse admittendos hæreticos, ad eandem de scripturis prouocationē: quos sine scripturis, probamus ad scripturas non pertinere. Si enim hæretici sunt, Christiani esse nō possunt, nō à Christo habendo quod de sua electione sectati hæreticorum nomine admittunt. Ita nō Christiani, nullū ius capiūt Christianarum

Romana  
ecclesia.

stianarum literarū: ad quos meritō dicendū est, qui <sup>In alieno</sup>  
 estis? quando, & unde uenistis? quid in meo agitis nō <sup>agere.</sup>  
 mei? quo deniq; Marcion iure syluā meā cædis? qua <sup>Syluā cæs</sup>  
 licentia V alentine fontes meos transuertis? qua po= <sup>Fôtes trâf</sup>  
 testate Apelles limites meos cōmoues? quid hīc cæte= <sup>uertere.</sup>  
 ri ad uoluntatem uestrā seminatis & pascitis? Mea <sup>Limites</sup>  
 est posseſſio, olim poſſideo: habeo origines firmas, & <sup>cōmouere</sup>  
 ipſis authoribus quorū fuit res. Ego sum h̄eres apo= <sup>Seminare</sup>  
 stolorū. Sicut cauerunt testamento suo, sicut fidei cō= <sup>Pascere.</sup>  
 miserunt, sicut adiurauerunt, ita teneo. Vos certè ex= <sup>Possessio.</sup>  
 h̄eredauerūt semper & abdicauerūt, ut extraneos, <sup>H̄eres.</sup>  
 ut inimicos. Vnde autē extranei & inimici Aposto= <sup>Cauere te</sup>  
 lis h̄eretici, niſi ex diuersitate doctrinæ quam unus= <sup>stamento.</sup>  
 quisque de ſuo arbitrio, aduersus apostolos, aut pro= <sup>Fidei com</sup>  
 tulit aut recepit? illic igitur & scripturarū & expo= <sup>mittere.</sup>  
 ſitionum adulteratio deputāda eſt, ubi diuersitas in= <sup>A diurare</sup>  
 uenitur doctrinæ. Quibus fuit propositum aliter do= <sup>Exhæres</sup>  
 cendi, neceſſitas instituit aliter diſponendi instrumen= <sup>dare.</sup>  
 ta doctrinæ. Alias enim non potuiffent aliter doce= <sup>næ.</sup>  
 re, niſi aliter haberent per quæ docerent. Sicut illis  
 nō potuiffet ſuccedere corruptela doctrinæ eius, ita  
 & nobis integritas doctrinæ non competiſſet ſine  
 integritate eorum, per quæ doctrina tractatur. Et= <sup>aliquid</sup>  
 enim quid contrarium nobis in noſtris? quid de pro= <sup>ſibz</sup>  
 priu intulimus, ut aliquid contrarium ei & in ſcri= <sup>ſibz</sup>  
 pturis deprehendim, detractione uel adiectione, uel  
 transmutatione remediamus? Quod ſumus, hoc  
 ſunt. Inde ſcripturæ ab initio ſuo. Ex illis ſumus,  
 antequām nihil aliter fuit, quam ſumus. Quid  
 denique fuit ante quam nobis interpolarentur?

Cum

Q. SEPT. FLOR. TERTVL.

Cū autem omnis interpolatio posterior credēda sit,  
ueniēs itaque ex causa emulationis, qua neq; prior,  
neque domesticarū est eius q; quod emulatur, tā in-  
credibile est sapienti cuiq; ut nos adulterū stylū in-  
tulisse uideamur scripturis, qui sumus & primi &  
ex ipsis, quām illos non intulisse qui sunt & posteri  
& aduersi. Alius manu scripturas, aliud sensu expo-  
sitiones interuertit. Neque enim si Valentinus integro  
instrumento utitur, uidetur nō callidiore ingenio q; Marcion. Marcion enim exerte & palam machē-  
ra, nō stylo usus est: quoniam ad materiā suam cæ-  
dem scripturarū cōfecit. Valentinus autē pepercit:  
riam suā quoniam non ad materiā scripturas, sed materiam ad  
cēdē scripturarum scripturas excogitauit: & tamen plus abstulit, &  
confecit. plus adiecit, auferens proprietates singulorū quoq;  
uerborū, & adiiciēs dispositiones nō cōparentiū re-  
rit. Hęc sunt ingenia de spiritalibus nequitie, cum  
quibus luctatio est nobis, fratres, meritò cōtemplan-  
dæ fidei necessaria, ut electi manifestētur, ut reprobi  
detegantur. Et ideo habent vim, & excogitandis in-  
seculares struendis q; erroribus facilitatē: nō adeò mirandam  
scripturāe quasi difficultē & inexplicabilē, cū de secularibus  
Ouid. ex quoq; scripturis exemplū præsto sit eiusmodi facilli-  
Vergilio tatis: quo ius hodie ex Vergilio fabulā, totū aliam,  
tragœdiā cōponi: materia secundū uersus, uersibus secundū ma-  
expressit, Tabula terias concinnatis. Denique Oui dius citra Medeam,  
Cebetis. Tragœdiā ex Vergilio plenissimè expressit. Meus  
Homeri quidā propinquus ex eodē poeta, inter cetera stylī  
centones. sui ocia pinacē Cebetis explicuit. Homerī centonas  
etiam uocare solent, qui de carminibus Homerī pro-  
priis

pria opera more centonario ex multis hinc inde  
compositis in unum sarcinū corpus. Et utiq; fœcun= dior diuina literatura ad facultatē cuiuscūque mate riae. Nec periclitior dicere, ipsas quoque scripturas  
sic esse ex Dei uolūtate dispositas, ut hæreticis ma terias subministrarent, cum legam opōrtere hæresēs  
esse, quæ sine scripturis esse nō possent. Sed quæritur  
à quo intellectus interpretetur, eorum quæ ad hære= ses faciant? A diabolo scilicet, cuius sunt partes in= teruertendi ueritatē: qui ipsas quoque res sacramē= torū diuinorū, in idolorū mysteriis emulatur. Tingit  
& ipse quosdā, utique credentes & fideles suos: ex= piationem delictorum de lauacro repromittit, & sic  
adhuc initiat Mithræ: signat illic in frōtibus milites Mithræ  
suos: celebrat & panis oblationem: & imaginem re= milites.  
surrectionis inducit: & sub gladio redimit coronam. Oblatio  
panis.

Quid quod & summū pōtificē in unius nuptiis sta= tuit? Habet & uirgines, habet & cōtinētes. Cæterū  
si Numæ Pōpiliij superstitiōes reuoluamus, si sacerdo Numa Pō  
talia officia, insignia, & priuilegia, si sacrificatiā mi pilius.  
nisteria, et īstrumēta & uasa ipsorū, sacrificiorū ac  
piaculorū & uotorū curiositates cōsideremus, nōne  
manifestē diabolus morositatem illā Iudæe imitatus  
est? Qui ergo ipsas res de quibus sacramenta Christi Iudæe  
administrātur tā emulāter adfectauit exprimere in  
negociis idololatrie, utiq; & idē & eodem ingenio  
gestiit. & potuit instrumenta quoq; diuinarū rerum  
& sanctorū Christianorū, sensum de sensibus, uerba  
de uerbis, parabolæ de parabolis, prophanè & emu= lē fidei attētare. Et ideo neq; à diabolo immissa esse

G spiritualia

Q. SEPT. FLOR. TERTVL.

spiritalia nequitiae, ex quibus etiā hæreses ueniūt, dubitare quis debeat: neq; ab idololatria distare hæreses, cum & authoris & operis eiusdem sint cuius & idololatria. Deū aut fingūt aliū aduersus creatorē: aut si unicū creatorē cōfitētur, aliter eū differunt, q̄ in uero est: Ita omne mendacium de Deo, uariatio quodāmodo sexus est idololatriæ. Nō omittā ipsius etiam cōuersationis hæreticæ descriptionem, quam futilis, q̄ terrena, q̄ humana sit, sine grauitate, sine authoritate, sine disciplina, ut fidei suæ congruens. In primis quis catechumenus, quis fidelis incertū est: pariter adeūt, pariter audiūt, pariter orāt: etiā ethnici si superuenerint, sanctū canibus, & porcis maragaritas, licet nō ueras iactabūt. Simplicitatem uolūt esse post rationē discipline, cuius penes nos curam lenocinii uocāt. Pacē quoq; paſsim cū omnibus miſcent. Nihil enim inuerū est illis, licet diuersa tractātibus, dū ad unius ueritatis expugnationē cōſpirent. Omnes scientiā pollicentur. Ante sunt perfecti catechumi, q̄ edocti. Ipse mulieres hæreticæ q̄ procaces, quæ audēant docere, cōtēdere, exorcismos ageare, curationes re promittere, forsitan & tingere. Ordinationes eorū temerariæ, leues, incōſtātes: nūc neophyti collocāt, nūc seculo obstrictos, nūc apostatas nostros, ut gloria eos obligēt, quia ueritate nō posſunt. Nusquā facilius proficitur, q̄ in castris rebellium, ubi ipsum esse illic, promereri est. Itaq; alias hodie episcopus, cras aliud: hodie diaconus, qui cras lector: hodie presbyter, qui cras laicus. Nā et laicis sacerdotalia munera iniūgūt. De uerbi autē administratiōe quid

DE PRAESCRIP. ADVER. HAERE<sup>1</sup> 30

quid dicā, cū hoc sit negotiū illis, nō ethnicoſ cōuer-  
tēdi, ſed noſtroſ euertēdi: hanc magis gloriā captāt,  
ſi ſtātibus ruinā, nō ſi iacētibus eleuationē, operētur:  
quoniam & iſum opus eorū nō de ſuo proprio ædifi-  
cio uenit, ſed de ueritatib[us] deſtructiōne noſtra ſuffo-  
diūt, ut ſua ædificēt. Adime illis legē Moysi, & pro-  
phetas, & creatorē deū accuſationē, & loqui nō ha-  
bent. Ita fit ut ruinas facilius operētur ſtantiuſ ædifi-  
ciorū, q[uod] extreſtiones iacentiuſ ruinarū. Ad hæc ſo-  
lūmodo opera humiles, & blaſdi, & ſummiſi agunt.  
Ceterū nec ſuis Praefidibus reuerētiam nouerunt. Et <sup>Præſideſſ.</sup>  
hoc eſt quod ſchismata apud hæreticos ferē nō ſunt:  
quia cū ſint, nō pārent ſchismata. Eſt enim unitas,  
iſpa. Mentiō ſi nō etiā à regulis ſuis uariant inter <sup>ipsa ſub-</sup>  
ſe, dū unuſ quiſque proinde ſuo arbitrio modulatur <sup>audiſchis-</sup>  
maſta. quæ accepit, quemadmodum de arbitrio ea compo-  
ſuit ille qui tradidit. Agnoscit naturam ſuam: & o-  
riginis ſuæ more, profectus rei. Idem licuit Valen-  
tinianis quod Valentino, idem Marcionitis quod  
Marcioni, de arbitrio ſuo fidem innouare. Denique  
penitus inſpectæ hæreſes, omnes in multis cum au-  
thoribus ſuis diſſentientes deprehenduntur. Pleri-  
que nec eccl[esi]as habent, ſine matre, ſine Deo, or= <sup>Alias Si-</sup>  
ba fide, extorres quaſi latē uagantur. Notata ſunt <sup>bilatæ.</sup>  
etiam commercia hæreticorum cum Magis quam hæreſi-  
pluriſbus, cum circulatoribus, cum Astrologis, cum <sup>ticorum.</sup>  
philosophis, curioſitati ſcilicet deditis. Quærите & <sup>Magi.</sup>  
inuenietis, ubique meminerunt. Adeò & de gene= <sup>Circula-</sup>  
re conuerſationis qualitas fidei æſtimari potest: do= <sup>Astrologiſ.</sup>  
ſtrinae inde disciplina eſt. Negant Deum timendum. <sup>Philosofi.</sup>

G 2

Itaque

Q. SEPT. FLOR. TERTVL.

Itaq; libera sunt illis oīa & soluta. Vbi autē deus nō timetur, nisi ubi nō est? ubi de⁹ nō est, nec ueritas ulala est. Meritò & talis disciplina est. At ubi deus, ibi metus ī deū q̄ est initiū sapientiae. Vbi met⁹ in deū, ibi grauitas, honestas, & diligētia attonita, & cura sollicita, & adiectio explorata, & cōmunicatio delibera, & promissio emerita, & subiectio religiosa, et apparitio deuota, & preſſio modesta, & ecclesia uinita, & dei omnia. Proinde hæc preſſiora apud nos Apparitio deuota. testimonia disciplinæ ad probationem ueritatis accedunt: à qua diuertero nemini expedit, qui meminerit futuri iudicij: quo omnes nos necesse est apud Christi tribunal astare, reddentes rationem, in primis ipsius fidei. Quid ergo dicent qui illam stuprauerint adulterio hæretico, uirginem traditā à Christo? Allegabunt, nihil unquam sibi ab illo uel ab Apostolis eius, de ſeuis & peruersis doctrinis futuris pronunciatum, & de cauendis & de abominādis quid præceptum. Agnoscant suam potius culpam quam ſuorum, qui nos ante præstruxerunt. Adiūcent præterea multa de authoritate cuiusq; doctoris hæretici, illos maxima doctrinæ ſuæ confirmasse, mortuos ſuscitasse, debiles reformasse, futura significasse, uti merito Apostoli crederentur: quasi nec hoc scriptū sit, uētueros multos, qui etiam uirtutes maximas æderent, ad fallaciam muniendam corruptæ prædications. Itaq; uenia merebūtur. Si uero memores dominicarū & apostolicarū denunciationū in fide integrā ſteterint, credo de uenia periclitabūtur, respondentē deo: Prænunciaueram planè futuros fallacie magi-

magistros ī meo noīe, et prophetarū, & apostolorū ironicē.  
 etiā, & discentibus meis eadē ad uos prædicare man-  
 dauerā: sed cū uos nō crederetis. Semel euangeliū &  
 eiusdē regulæ doctrinā apostolis meis delegaueram:  
 sed libuit mihi postea aliqua inde mutare. Resurrec-  
 tionem promiseram etiam carnis: sed recogitani ne  
 implere nō possem. Natū me ostenderam ex uirgine  
 sed postea turpe mihi uisum est. Patrem dixeram, qui  
 solem & pluuias facit: sed alius me pater melius ad-  
 optauit. Prohibueram uos aurem accōmodare hære-  
 tici, sed errauit. Alia capit opinari eos qui exorbi-  
 tant, & fidei ueritatis periculū nō cauent. Sed nunc  
 quidem generaliter actū est nobis aduersus hæreses  
 omnes, certis & iustis & necessariis præscriptioni-  
 bus repellendas à collatiōe scripturarum. De reliquo  
 si dei gratia annuerit, etiā specialiter quibusdam re-  
 spōdebimus. Quorum hæreticorū, ut plura præterea  
 pauca perstringam. Tacco enim iudaismi hæreticos  
 Dositheū, in qua, <sup>Hæc ap-</sup> amaritānum, qui primus ausus est  
 prophetas, quasi non in spiritu sancto locutos repu- <sup>pēdix ma-</sup>  
 diare. taceo Sadducæos, qui ex huius erroris radice le reuuls  
 surgentes, ausi sunt ad hāc hæresim etiā resurrectio- <sup>sa fuerat</sup>  
 nem carnis negare. Prætermitto Pharisæos, qui ad- <sup>à reliquo.</sup>  
 ditamēta quædā legis adstruēdo à iudeis diuisi sunt: Dositheus  
 unde etiā hoc accipere ipsum qđ habēt norren, digni Samarita-  
 fuerūt: cū his etiā Herodianos, qui Christū Herodem <sup>nus.</sup>  
 esse dixerūt. Ad eos me cōuerto, qui ex euangelio hæ- <sup>Pharisæi.</sup>  
 retici esse uoluerūt: ex quibus est prim⁹ omniū Simō Sadducæi  
 magus, qui in Actis apost. cōdignam meruit ab apo- <sup>Herodia-</sup>  
 stolo Petro iustumq; sentētiā. Hic ausus est summā <sup>ni.</sup> Simon  
 magus.

Q. SEPT. FLOR. TERTVL.

Se dicere uirtutem, id est, summū Deū. Mundum autē ab angelis suis institutū: à dæmonē se oberrante qui esset sapientia descēdisse quærendū apud Iudeos: se in phantasmate Dei nō paſſum, sed esse quaſi paſſū.

**Menader** Post hūc Menander, discipulus ipsius, ſimiliter magus, eadē dicens quæ Simon ipſe: quicquid ſe Simon dixerat, hoc ſe Menander eſſe dicebat, Negans habere poſſe quenquam ſalutem, niſi in nomine ſuo baptizatus fuifſet. Secutus eſt post hæc & Saturninus,

**Saturnini  
nus.** & hic ſimiliter dicens, Innascibilem uirtutem, id eſt Deum, in ſummis & illis infinitis partibus & in ſuperioribus manere: longe autem diſtantes ab hoc angelos inferiores mundum feciſſe: & quia ſplendor quidam luminis de ſurſum in inferioribus refuſiſſet, ad ſimilitudinem illius luminis angelos hominem iſtituere, angelos curaſſe hunc ſuper terram iacuiſſe reptantem: cuius lumen illud & uirtutem illam ſuperiorem propter misericordiam, ſcintillam ſaluam eſſe: cetera hominis perire: Chriſtū in ſubſtantia corporis nō fuifſe, & phantasmate tantum quaſi paſſum fuifſe: reuolutionem carnis

**Basilides**, nullo modo futuram eſſe. Postea Basilides hereticus erupit: hic eſſe dicit ſummum deū nomine Abraxan, quo mentem creatam, quam Græce νοῦν appellat. Inde uerbū. Ex illo prouidētiā, uirtutē, et ſapiētiā: Ex iſpis inde principatus, & potefates, & angelos factos: deinde infinitas angelorū editiones & probolas, ab iſtis angelis trecētos ſexagintaquinq; cœlos iſtitutoroſ: & mundum in honore Abraxæ, cuius nomen hūc in ſe habeat numerū cōputatum. In ultimis

timis quidem angelis, & qui hūc fecerunt mundum,  
nonissimū ponit iudæorū Deū.i. Deū legis & pro-  
phetarū: quē deū negat, sed angelū dicit. Huic sorti-  
to obtigisse semē Abrahæ, atque ideo hunc de terra  
Aegypto filios Israel in terra Chanaan transtulisse.  
Hūc turbulentiorē præ cæteris angelis, atq; ideo &  
seditiones frequēter & bella cōcutere, sed & huma-  
num sanguinem fundere. Christum autem non ab  
hoc qui fecerit mundum, sed ab illo Abraxa missum  
uenisse in phātasmate, sine substantia carnis fuisse.  
Hūc passum apud Iudæos nō esse, sed uice ipsius Si-  
monem crucifixū esse: unde nec in eū credendū esse  
qui sit crucifixus, ne quis cōsiteatur in Simonē cre-  
didisse. Martyria negat esse faciēda. Carnis resurre-  
ctionē grauiter impugnat, negās salutē corporibus  
repromissam. Alter hæreticus Nicolaus emersit: hic Nicolaus.  
de septem diaconis, qui in Actis apostolorum allecti  
sunt, fuit. Hic dicit tenebras in cōcupiscētia luminis  
& quidē fœda & obscœna fuisse: ex hac permixtio-  
ne, pudor est dicere quæ foetida & immūda. Sūt &  
cætera obscœna. Omnes enim refert quosdā turpitu-  
dinis natos, & cōplexus, & permixtiones execra-  
biles obscœnāsq; cōiunctas & quædam ex ipsis ad-  
huc turpiora. Natos prætereā dæmones, & Deos,  
& spiritus septem, & alia satis sacrilega pari-  
ter & fœda: quæ referre erubescimus, & iam præ-  
terimus. Satis est nobis quod totam istam hæresim  
Nicolitarum, Apocalypsis domini grauissima sen-  
tentiae authoritate damnauit, dicendo: quia hoc te-  
nes, odisti doctrinam Nicolitarum, quam & ego

Q. SEPT. FLOR. TERTVL.

odi. Accesserunt his hæretici etiam illi, qui Ophitæ  
nūcupātur. Nā serpētē magnificat in tantū, ut illum  
etiam ipsi Christo præferant. Ipse enim, inquiūt, sciē-  
tiæ nobis boni & mali originē dedit. Huius animad-  
uertēs potētiam & maiestatē Moyses, inquiūt, æreū  
posuit serpentē: & quicūq; ipsum aspexerunt, sani-  
tatē cōsecuti sunt. Ipse, aiūt præterea, Christus in eu-  
angelio suo imitatur serpentis ipsius sacram potestatē  
dicēdo: Et sicut Moyses exaltauit serpentē in deser-  
to, ita exaltari oportet filiū hominis. Ipsum introdu-  
cūt ad benedicēda eucharistia sua. Sed tota istius er-  
roris & scena & doctrina inde fluxit. Dicunt enim  
de illo summo primario æone cōplures alios æones  
extitisse inferiores, omnibus tamē istis æonē antesta-  
re, cuius sit nomē Ialdabaoth. Hūc autē cōceptū esse  
ex altero æone, æonibus inferioribus permixto: seq;  
postea cū in superiora uoluisset eniti, grauitate mate-  
riæ pmixta sibi, nō potuisse ad superna peruenire, in  
mediata relictū, extēdisse totū, effecisse sic cœlū.  
Ialdabaoth tamē inferius descēdisse, & fecisse sibi fi-  
lios septē: quē occlusisse superiora dilatione: ut quia  
angeli quæ superiora essent, scire nō possent, ipsum so-  
lū deū putarēt. Virtutes igitur illas & angelos infe-  
riores hominē fecisse: & q̄a ab infirmorib⁹ & me-  
diocribus uirtutibus institutus esset, quasi uermem ia-  
cuisse reptantem: Illum uero æonem ex quo Ialda-  
baoth processisset, inuidia commotum, scintillam  
quandam iacenti homini immisisse, qua excitatus  
per prudentiam saperet & intelligere posset supe-  
riora. Sic rursum Ialdabaoth istum in indignationem  
conuersum

Scena  
erroris.

conuersum ex semetipso ceditisse uirtutem, & similitudinem serpentis: & hæc fuisse uirtutem in Paradyso, id est, istum fuisse serpentem, cui Eva quasi filio Dei crediderat. Decerpsit, inquiunt, de fructu arboris, atque ideo generi humano scientiam honorū & malorum contribuit. Christum autē non in substantia carnis fuisse: salutem carnis sperandam omnino nō esse. Necnō etiam erupit alia quoq; hæresis, quæ dicitur Cainæorū. Et ipsi enim magnificat Cain, quasi Cainæi ex quadā potenti uirtute conceptū, quæ operata sit in ipso. Nam Abel ex inferiore uirtute cōceptū, procreatū: & ideo inferiorē repertum. Hi qui hoc adserunt, etiā Iudam proditorem defendūt, admirabile illum & magnū esse memorantes, propter utilitas quas humano generi contulisse iactatur. Quidā enim ipsorum gratiarū actionem Iudæ propter hæc causam reddendam putat. Animaduertens enim, inquiunt, Iudas, quod Christus uellet ueritatē subuertere, tradidit illum, ne subuerti ueritas posset. Et alii sic contra disputant & dicunt. Quia potestates hæc mudi nolebant pati Christum, ne humano generi per mortē ipsius salus pararetur, saluti consulens generis humani, tradidit Christum, ut salus quæ impediabatur per virtutes, quæ obſistebant ne pateretur Christus, impediri omnino non posset: & ideo per passionem Christi non posset salus humani generis retardari. Sed & illa hæresis processit, quæ dicitur Setthoitarum. Huius peruerſitatis doctrina hæc est: Duos homines ab angelis cōstitutos, Cain & Abel: propter hos magnas inter angelos contentiones & discor-

Setthoitarum

Q. SEPT. FLOR. TERTVL.

discordias extitisse: ob hanc causam illā uirtutē quæ super omnes uirtutes esset, quam matrē pronunciant, dum Abel interficū dicerent noluisse cōcipi & nasci hunc Seth loco Abelis: ut euacuaretur angelī illi, qui duos priores illos homines cōdiissent: dum hoc semē mundum oritur & nascitur. Per mixtiōes enim dicunt angelorum & hominum iniquas fuisse ob quā causam illam uirtutē quam (sicut diximus) pronunciant matrē, ad uindictam etiā cataclysmū induceare, ut & illud permixtionis semen tolleretur: & hoc solum semen, quod esset purum, integrum custodiretur. Sed enim illos qui seminis illos prioris instituisserint, occulte & latēter, & ignorantē illa matre uirute, cum illis octo animabus in arcā misisse etiam semē Cain, quo semen malitiæ nō periret, sed cū ceteris cōseruatū, & post cataclysmū terris redditū, exēplo ceterorum excresceret, & effunderetur, & totum orbem & impleret & occuparet. De Christo autē sic sentiunt, ut dicant illū tantummodo Seth, &

Carpocra<sup>tes.</sup> pro ipso Seth ipsum fuisse. Carpocrates prætereā hanc tulit sectam. Vnam esse dicit uirtutem, in superioribus principalem, ex hac prolatos angelos, atque uirtutes: quos distantes longè à superioribus uirtutibus, mundum istum in inferioribus partibus condidisse: Christum non ex uirgine Maria natum, sed ex semine Ioseph, hominem tantummodo genitum, sanè præ ceteris iustitiae cultu, uite integritate meliorem: hunc apud Iudeos pasum: solam animā ipsius in cœlo receptā, eo quod & firmior & robustior ex ceteris fuerit: ex quo colligeret,

geret, tētata animarū sola salute, nullas corporis re-  
 surrectiones. Post hūc Cerinth⁹ hereticus erupit, si= Cerinthus  
 milia docēs. Nā & ipse mundū institutū esse ab illis  
 dicit: Christū ex semine Ioseph natū pponit, hominē  
 illū tātūmodō sine diuinitate cōtēdēs, ipsā quoq; le-  
 gē ab angelis datā phibens: Iudeorū deū, nō domi- Ebion.  
 nū, sed angelū promens. Huius successor Ebion fuit,  
 Cerintho nō in omni parte cōsentīs, quōd à deo di-  
 cat mundū, nō ab angelis factum: & quia scriptum  
 sit, nemo discipulus super magistrum, nec seruus su-  
 per dominum, legem etiam proponit, scilicet ad ex= Valentia  
 cludēdū euāgeliū, & vindicandū Iudaismū. Valēti- nus.  
 nus autē hæreticus multas introduxit fabulas, has e-  
 go circūducēs breuiter expediā. Introducit enī, ple-  
 roma & Aēones triginta: exponit autē hos per sy-  
 zygas, id est coniugationes quasdam. Nam dicit in  
 primis esse Bython & Silentium, ex his processisse  
 semen, mentem & ueritatem: ex quibus erupisse uer-  
 bum & uitam: de quibus rursum creatum hominem  
 & ecclesiam. Sed enim ex eis quoq; processisse duo=  
 decim æonas, de sermone autem & uita, æonas alios  
 decē: hæc esse æonū triacōtada, quæ sit in pleroma=  
 te ex octoade & decade, ac dyodecade. Tricesimum  
 autē æonē, Bython illū uidere uoluisse & ad uiden-  
 dū illū ausum esse in superiora cōscēdere. Et quoniā  
 ad magnitudinē ipsius uidendā capax nō fuit, in de-  
 factiōe fuisse, & penē dissolutū esse, nisi quia misisset  
 ad cōstabilitēdū illū, ille quē appellat Horō, cōfirmas-  
 set illū dicto hoc Pronūtiatio appellat. Istū autē æo-  
 nē i defectionē factū Achamotc, dicit in passionib⁹  
 desiderij

Q. SEPT. FLOR. TERTVL.

desiderii quibusdā fuisse, & ex passionibus materias  
æ didisse. Expauit enim, inquit, & extimuit, & con-  
tristatus est, & ex his passionibus cōcepit & edidit.  
Hinc fecit cœlū & terram, & mare, & omnia quæ-  
cunq; sunt in eis: ob quā causam omnia infirma esse  
& fragilia, & caduca, & mortalia quæcunq; sunt  
ab ipso facta: quoniā quidē ipse fuerit de aporiati-  
one conceptus, atq; prolatus: hunc tamen instituisse  
istum mundū ex his materiis, quas Achamote uel pā-  
uēdo, uel timendo, uel cōtristando, uel sudando præ-  
stiterat. Nam ex pauore, inquit, tenebræ factæ sunt:  
ex timore & ignorantia, spiritus nequitie & mali-  
gnitatis: ex tristitia & lachrymis, humida fontiū, flu-  
minū materia, marisq;. Christum autē missum ab illo  
propatore qui est Bythos. Hunc autem in substantia  
corporis nostri non fuisse, sed spiritale nescio quod  
corpus de cœlo deferentē, quasi aquam per fistulam,  
sic per Mariā uirginē transmeasse, nihil inde uel ac-  
cipiente, uel mutuantē. Resurrectionem huius carnis  
negat, sed alterius. Legis & prophetarum quædam  
probat, quædā improbat: id est omnia improbat, dū  
quædā reprobatur: euangeliū habet etiā suum, præter  
Ptolemæ. hæc nostra. Post hūc extiterūt Ptolemæus & Secū  
Secundus dus heretici, qui cū Valentino per omnia cōsentīt.  
In illo solo differunt. Nā cūm Valentinus æonas tātū  
triginta finxisset, isti addiderūt alios cōplures: qua-  
tuor enim primū, deinde alios octo adgregauerunt.  
Et q; dicit Valentinus æonē trigesimum exceſſisse de-  
pleromate ut in defectionē, negant isti. Non enim ex  
illa triacōtade fuisse hūc, qui fuerit in defectionem,  
propter

pter desideriū uidēdi propatoris. Extitit præterea  
 Heracleon alter hereticus, qui cum Valentino paria  
 sentit, sed nouitate quadā pronūciationis, uult uideri  
 alia sentire. Introducit enī in primis illud fuisse quod  
 pronunciat, & deinde ex illa monade duo, ac deinde  
 reliquos æonas, deinde iutroducit totū Valentinum.  
 Nō defuerūt post hos Marcus quidā & Colarbasus <sup>Marcus.</sup>  
 nouā hæresim ex Græcorū alphabeto cōponētes. Ne colarba.  
 gāt enim ueritatē sine istis posse literis inueniri, imo  
 totā plenitudinē et pfectiōne ueritatis, in istis literis  
 esse dispositā. Propter hāc enī causā Christū dixisse:  
 Ego sum α & ω. Deniq; Iesum Christū descendisse,  
 id est, columbam in Iesum uenisse, quæ Græco nomi-  
 ne cū περισερε pronuncietur, habere secundum nu-  
 merum, D C C C I. Percurrunt isti, ω, Α, Χ, Φ, Ο, Τ,  
 totū usq; ad Alpha, Beta: & cōputant ogdoadas &  
 decades, ita afferre illorū oēs uanitates ut ineptū sit  
 & ociosum, quod tamē non tantū iam uanū, sed etiā  
 periculōsum sit. Alterum deū fingunt præter creato-  
 rem: Christum in substantia negant carnis fuisse, ne-  
 gant carnis resurrectionē futuram. Accedit his Cer-  
 don quidā, hic introducit initia duo, id est duos de-  
 os, unum bonum, & alterū sœum. Bonum superio-  
 rem: sœum hunc, mundi creatorem. Hic prophetias  
 & legem repudiat: Deo creatori renunciat: supe-  
 rioris Dei filium Christum uenisse tractat: hunc in  
 substantia carnis negat, in phantasmate solo fuisse  
 pronunciat: nec omnino passum, sed quasi passum:  
 nec ex uirgine natū, sed omnino nec natū. Resurre-  
 tionē animæ tātūmodo pbat, corporis negat. Solū

EUAN=

Q. SEPT. FLOR. TERTVL.

euāgeliū Lucē, nec tamē totū recipit. Apostoli Pauli  
nec; omnes, neq; totas epistolās sumit. Acta Aposto-  
lorū & Apocalypsim quasi falsa reiçit. Post hunc  
discipulus ipsius emersit Marcion quidam nomine,  
Pōticus genere, episcopi filius, propter stuprū cuius-  
dam uirginis ab ecclesiæ cōmunicatione abiectus: hic  
ex occasione qua dictū sit, Omnis arbor bona bonos  
fructus facit, mala autē malos: hæresim Cerdonis ad  
probare conatus est, eadē dicere, quæ ille superior  
hæreticus ante dixerat. Extitit post hunc Lucanus.  
*Lucanus.*  
*Apelles.* quidam nomine, Marcionis sectator atq; discipulus:  
& hic per eadē uadens blasphemiae genera, eadem  
docet quæ Marcion & Cerdon docuerant. Post hos  
subsequitur Apelles discipulus Marcionis, qui po-  
ste à quam in carnē suam lapsus est, à Marcione se-  
gregatus est: hic introducit unum Deum infinitis su-  
perioribus partibus: hūc potestates multas, angelosq;  
fecisse: propterea & aliā virtutē quam dicit, domi-  
nū dicit, sed angelū ponit: hoc uult uideri mundum  
institutū, ad imitationē mundi superioris: cui mundo  
permisicuisse pœnitentiam, quia nō illū tam perfectē  
fecisset, quam ille superior mundus institutus fuisset.  
Legē & Prophetas repudiat: Christū neq; in phan-  
tasmate dicit fuisse sicut Marcion, neq; in substantia  
ueri corporis, ut euangeliū docet, sed in eo quod ē su-  
perioribus, partibus descēderet ipso, descēsu sydereā  
sibi carnē, & aereā cōtexuisse: hūc in resurrectione  
singulis quibusque elemētis, quæ in descensu suo mu-  
tuata fuissent, in ascensu reddidisse & sic dispersis  
quibusq; corporis sui partibus, in cœlo spiritū tan-  
tum

tum reddidisse: hic carnis resurrectionem negat: solum utitur & apostolo, sed Marcionis, id est, non toto. Animarum solarum dicit salutem. Habet praeterea priuatas, sed extraordinarias lectiones suas, quas appellant phaneroeis Philumenes cuiusdam pueræ, quam quasi prophetiam sequitur. Habet praeterea suos libros, quos inscripsit syllogismorum: in quibus probare uult, quod omnia quaecumque Moyses de Deo scripterit, uera non sint, sed falsa sint. His hereticis omnibus accedit Tacianus quidam alter hereticus: hic Iustini martyris discipulus fuit, post hunc diuisa seire coepit. Totus enim secundum Valentimum sapit, adiiciens illud, Adam nec salutem consequi posse, quasi non si rami salui sunt, & radix salua sit. Accesserunt alijs heretici, qui dicuntur secundum Phrygas: sed horum non una doctrina est. Sunt enim qui Kata Proclum dicantur, sunt qui secundum AEschinē, p= clum. nuncientur: hi habent aliam communem blasphemiam, aliam blasphemiam non communem, sed peculiarē & suam: & communem quidem illam, qua in Apostolis quidam dicant spiritum sanctum fuisse, paracletum non fuisse: & qua dicant paracletum plura in Montano dixisse, quam Christū in euangelium protulisse: nec tantum plura, sed etiam meliora atque maiora. Priuatam blasphemiam illi qui sunt Kata AEschinem habent, qua adiiciunt etiam hoc, uti dicant, Christū ipsum esse filium & patrem. Est praeterea his omnibus etiam Blastus accedens, qui latenter Iudaismum uult introducere. Pascha enim dicit non aliter custodiendum esse, nisi secundum legem Moysi

Q. SEPT. FLOR. TERTVL.

Moy si XIII. mensis. Quis autem nesciat, quoniam euangelica gratia euacuatur, si ad legem Christū re digit? Accedit his Theodotus hæreticus Byzantius, qui posteaquam Christi pro nomine adprehēsus est, in Christum blasphemare von destitit. Doctrinam enim introduxit, qua Christum hominem tantummodo diceret, deum autem illū negaret: ex spiritu quem sancto natum ex uirgine, sed hominem solitariū atq; nudum, nullo alio præ ceteris, nisi sola iustitiae auctoritate. Alter post hūc Theodotus hæreticus erupit, qui & ipse introduxit alteram sectam, & ipsum hominē Christum tantummodo dicit ex spiritu sancto, ex uirgine Maria conceptū pariter & natum: sed hūc inferiorem esse quam Melchisedech, eo quod dictum sit de Christo: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinē Melchisedech. Nam illū Melchisedech præcipue gratie cœlestem esse uirtutem: eò, quod agat Christus pro hominibus, deprecator & aduocatus ipsorum factus, Melchisedech facere pro cœlestibus angelis atq; uirtutibus. Nam esse illū usque adeo Christo meliorem, ut apator sit, amator sit, a genealogitus sit, cuius neq; initium, neq; finis comprehensus sit, aut comprehendendi possit. Sed post hos omnes etiam Præceas quidam hæresim introduxit, quam Victorinus corroborare curauit: hic deum patrem omnipotentem Iesum Christum esse dicit, hunc uitos. Præceas. crucifixum passumq; contendit, mortuum præterea Victorin. seipsum sibi sedere ad dexterā suam, cum profanè & sacrilega temeritate profonit.

F I N I S.

1817. 34

18